quasi reptile nō habens pncipem. Totū
in hamo subleuauit. traxit illud i sa-
gena sua. et congregauit in retesui. Sup
hoc letabit et exultabit. ppter ea immo-
labit sagene sue. et sacrificabit reti suo.
Quia in ipis increassata ē tps eius. et ci-
bus eius electus. Propter ergo hoc ex-
pandit sagenam suam. et semp. interfice-
re gentes non cessat.

II

Uper custodiā meā statō. et si-
gam gradū sup munitōnē. Et
cōtēplab' vt videam qd dicat
mibi et qd rñdeam ad arguentē me. Et
respondit mibi dñs et dixit. Scribe vi-
sum et explana eū sup tabulas vt pcur-
rat q elegerit eū. Quia adhuc visus p-
cul. et apparebit in finē et nō mentiet. si
morā fecerit expecta illū. qz veniens ve-
niet et nō tardabit. Ecce qui incredulus
ē. nō erit recta aīa eius i semetipō. Ju-
stus autē in fide sua viuet. Et quō vinū
potantē decipit sic erit vir supbus et nō
decorabit. Qui dilatauit quasi infern'
animā suā. et ipse qsi mors. et nō adiplef
Et congregauit ad se omnes plos. Nū-
quid nō oēs isti sup eū parabolā sumēt
et loquelā enigmatū eius. Et dicetur.
Ule ei qui multiplicat nō sua. vsqz quo
et aggrauat p se densum lutum. Nūquid

nō repente cōsurgēt q mordeant te. Et
suscitabūtur lacerātes te. et eris in rabi-
nā eius. Quia tu spoliasti gētes mltas
spoliabūtur te oēs q reliqui fuerint de po-
pulis ppter sanguinē hoīs et iniqratem
terre ciuitatis et oīm hītantū in ea. ve-
q congregat auariciā malā domui sue. vt
sit i excelso nidus ei'. et liberari se putat
de manu mali. Cogitasti cōfusionē do-
mui tue. occidisti plos mltos. et peccauit
aīa tua. Quia lapis de piere clamabit.
et lignū qd int iūcturas edificioz est rñ
debet. Ule q edificat ciuitatē in sangui-
nib' et ppat vrbē in iniqrate. Nunquid
nō hec sunt a dño exercituū. Laborabūtur
em' ppli i multo igni. et gētes i vacuū et
deficiēt. qz replebit fra vt cogscant glo-
riā dñi. qsi aq opientes mare. Ule qui
potū dat amico suo. mittēs fel suum. et
inebrians vt aspiciat nuditatē eius. Re-
pletus ē ignominia p gloria. Bibe tu q
qz et cōsopire. Circūdabit te calix dextere
dñi. et vomit' ignominie sup gl'iam tuā
qz iniqtas libani opiet te. et vastitas aīa
liū de terrebit eos de sanguinib' hoīs et
iniquitate tre et ciuitatis. et oīm hītantū
in ea. Quid pdest sculptile qz sculptit
illud fictoz suus cōflatile et imaginē fal-
sam. qz spauit i figmēto fictoz ei' vt fa-
ceret simulacra muta. ve qui dic ligno.
expigiscere. surge lapidi tacenti. Nūquid
ipse cocere poterit. Ecce iste cooptus est
auro et argento. et oīs spūs nō ē in visce-
rib' eius. Dñs autē i templo sancto suo
fileat a facie eius omnis terra.

Oratio abachuc prophete pro igno-
rantijs.

Capitulum III

Domine audiui auditōnē tuā
et timui. dñe op' tuū i medio
ānoz viuifica illud. In me-
dio ānoz notū facies. cū ira-
tus fueris. misericordie recordaberis.
Deus ab austro vriet. et sanct' de mōte
pharā. Opuit celos gloria ei'. et laudis
eius plena est terra. Splēdor ei' vt lux
erit. cornua in maib' ei'. Ibi abscondita

ē fortitudo eius. an̄ faciē eius ibit mors
 Egrediet̄ diabolus an̄ pedes ei⁹ stetit ⁊
 mensus ē fram. Asperit ⁊ dissoluit gen-
 tes. ⁊ cōtriti sunt mōtes seculi. Incur-
 uati sunt colles mūdi. ab itinerib⁹ eter-
 nitatis eius. Pro iniquitate vidi tētozia
 ethiopiē. turbabūt̄ pelles fr̄e madiā.
 Nūquid i flumib⁹ iratus es dñe aut̄ in
 flumib⁹ furor tuus. vñ in mari indigna-
 tio tua. Qui ascendēs sup equos tuos
 ⁊ quadrigę tue saluatio. Suscitans su-
 scitabis arcū tuū. iuramenta tribub⁹ q̄
 locutus es. Fluuios scindes terre. vide-
 rūt te ⁊ doluerūt mōtes gurges aqua-
 rū trāsijt. Dedit abissus vocē suā. alti-
 tudo manus suas leuauit. Sol ⁊ luna
 steterūt i hitaculo suo. i luce sagittarū
 tuarū ibūt. in splēdore fulgurātis haste
 tue. In fremitu sculcab̄ fr̄a et i furore
 obstupescies gētes. Egressus es in sa-
 lutē ppli tui. i salutē cū xpo tuo. p̄cussi-
 sti caput de domo impij. tēnudasti fun-
 damentū ei⁹ vsq; ad collū. Maledixisti
 sceptris ei⁹. capiti bellatorū eius. venien-
 tibus vt turbō ad disp̄gendū me. Exulta-
 tio eorū. sicut ei⁹ q̄ deuorat paup̄em i ab-
 scōdito. Quā fecisti i mari eqs tuus i lu-
 to aq̄z mltarū. Audiui ⁊ turbatus ē v̄-
 ter me⁹. a voce cōtremuerūt labia mea
 Ingrediaf̄ purredo i ossib⁹ meis. ⁊ sub-
 ter me scateat. Ut redescā i die tribula-
 tionis. vt ascēdā ad pplm̄ accinctū n̄m
 Ficus. n. nō flozebit. et nō erit germen
 in vineis. Mētiēf̄ op⁹ oliue. ⁊ arua nō
 afferēt cibū. Abscindes de ouili pecus ⁊
 nō erit armētū i p̄sepib⁹. ego aut̄ i dño
 gaudēb⁹ ⁊ exultab⁹ i deo hiesu meo. de-
 us dñs fortitudo mea. et ponet pedes
 meos q̄si ceruorū. Et sup̄ excelsa mea de-
 ducet me victor. in psalmis canentem.

Explicite Abachuc ppheta. Incipit
 prologus in Sophoniam pphetam.

Radūt hebrei cuiuscūq; pro-
 phete pater aut auus ponat̄
 in titulo ipos q̄z pphetas fu-
 isse. Cū ⁊ amos vñ de duo

decim pphetis q̄ dixit. non sum ppheta
 nec filius pphete. sed pastor caprarū vel
 licās sicomoros. p̄ris nomē i titulo nō
 h̄re. Hoc si verū ē. sophonias ppheta. q̄
 noie vt ita dicā pphetico ⁊ glorioza ma-
 iorū suorū stirpe generat⁹ ē. Habet̄ em̄
 p̄em chusi. aut̄ godoliā pauū amasiā.
 attauū ezechia. ⁊ talē q̄drigā ipse velut
 extremus auriga p̄pleuit. Nomē sopho-
 nie. alij speculā. alij arcanū dñi trāsule-
 rūt. Sine igit̄ specula. siue absconditū
 dñi interpretet̄. vtrūq; pphete puenit.
 Dicit̄ em̄ ad ezechielē. Fili hoīs. specula-
 torē te posui domui isrl. Iste q̄ ppheta
 q̄ erat in specula ⁊ i sublimib⁹ p̄stitutus
 ⁊ nouerat misteria dñi. filij⁹ erat chusi q̄
 int̄pretat̄ hūilitas. Dabebat q̄z aut̄ go-
 doliā. q̄ d̄r magnitudo dñi. ⁊ proauum
 amasiā. q̄ ⁊ ip̄e v̄titur in p̄monem dñi.
 attauū ezechia. qui sonat fortitudo dñi
 De fortitudine itaq; dñi natus ē p̄mo
 dñi. ⁊ de p̄mone dñi nata ē magnitudo
 dñi. ⁊ de magnitudine dñi nata ē humi-
 litas. vt cū puenerit aliq; ad p̄fectū di-
 cat. qz nō sum dignus vocari ap̄lus. Et
 illud in psalmis. Dñe nō ē exaltatū cor
 meū. neq; elati sunt oculi mei. Josiam
 regē iude cū p̄tib⁹ sophonias pphetaf̄
 se inuenit. deo p̄ oib⁹ regib⁹ iude placu-
 isse historia quarti libri regum ⁊ secūdi
 palipomenō demōstrat. Josias simu-
 lacra q̄ p̄t̄ suos amōxel auus manasses
 in tēplo dei collocauerat deiecta p̄minu-
 isse mōstrat. In qb⁹ etiā serpentē erectū
 a moise factū cui error̄ inductus p̄lō
 sup̄stitione idolorū detentus admiserat
 Idem custodisse pasca. ⁊ intermissis tē-
 porib⁹ multis solus celebrasse. mōstrat.
 Ideo deus per pphētā p̄tib⁹ memorati
 regis que p̄uentura erant ostendēs gē-
 tibus quidē lectione cōp̄rehens̄ affutu-
 rum iudicium. Populo vero israhel sa-
 lutem. ⁊ ciuitati hierusalem restaurati-
 onem tunc temporis tribuēdam textu
 lectionis denunciauit.

Explicite prologus.

Incipit argumentum

Sophonias speculator et arcanorum dei cognitor. audit clamorem a porta piscium et iulatum a secunda. et stritionem a collibus. Indicit quod iulatum habitatoribus pile. quod stricit omnes populus chanaan. disperierant vinum uerfi qui inuoluti erant argento.

Explicit argumentum. Incipit Sophonias propheta. Capitulum I

Uerbum domini

Uerbum domini factum est ad sophoniam filium chusi filij godolie filij amasie filij sechie in diebus ioseph filij ammon regis iuda. Congregas congregabo omnia a facie ire dicit dominus. congregas hominem et pecus. congregas volatilia celi et pisces maris. Et ruine impiorum erunt. et disperdas homines a facie ire dicit dominus. Et extendam manum meam super iudam et super omnes habitates hierusalem. et disperdam de loco reliquias baal. et nomina edituorum cum sacerdotibus. et eos qui adorant super tecta militiam celi. et adorant et iurant in domino et iurant in melchon et qui auertunt de post tergum domini et qui non quesierunt dominum. nec inuestigauerunt eum. Silete a facie domini dei. quia iuxta est dies domini. Quia preparauit dominus hostiam. sanctificauit uocatos suos. Et erit in die hostie domini uisitato super principes et super filios regis et super omnes qui induti sunt veste pegrina. Et uisitato super omnem qui arroganter ingreditur super limem in die illa. qui uolent domum domini dei sui iniquitate et dolo. Et erit in die illa dicit dominus uox clamoris a porta piscium. et iulatus a secunda et stritio magna a collibus. Uulatus habitatoribus pile. Stricit omnes populus chanaan disperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo scrutabor hierusalem in lucernis. et uisitato super uiros defixos in fecibus suis qui dicunt in cordibus suis. Non faciet bene

dominus et non faciet male. Et erit fortitudo eorum in direptione. et domus eorum in desertum. Et edificabunt domos et non habitabunt et plantabunt vineas et non bibent uinum earum. Iuxta est dies domini magna iuxta est et uelox nimis. Glor diei domini amara tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa. dies tribulationis et augustie. Dies calamitatis et miserie. dies tenebrarum et caliginis. dies nebule et turbis. dies tubarum et clangoris super ciuitates munitas et super agros excelsos. Et tribulabo homines et ambulabunt ut ceci. quia domino peccauerunt. Et effundet sanguis eorum sicut humum. et corpus eorum sicut stercorea. Sed et argentum eorum et aurum eorum non poterit liberare eos. in die ire domini. In igne celi eius deuorabitur omnis terra. quod summationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

Uenite congregamini gens non amabilis priusquam pariat uisio quam si puluerem transiunt diebus. antequam ueniat super uos ira furoris domini. antequam ueniat super uos ira indignationis domini. Querite dominum omnes mansueti terre. quia iudicium eius estis operati. Querite iustum. querite mansuetum. si quomodo abscondamini in die furoris domini. Quia gaza destructa erit. et ascalon in desertum. Acorim in meridie eiciet et accharon eradicabit. Ele qui habitatis funiculum maris. gens perditorum. Uerbum domini super uos chanaan terra philistinorum et disperdam te ita ut non sit inhabitator. Et erit funiculus maris requies pastorum. et caule pecorum. Et erit funiculus eius qui remanserit de domo iuda. Ibi pascentur in domibus ascalonis. ad uesperam requiescent. quia uisitabit eos dominus deus eorum. et auertet captiuitatem eorum. au diu obprobrium moab et blasphemias filiorum ammon qui exprobrauerunt populo meo. et magnificati sunt super terribilios eorum. Propterea uiuo ego dicit dominus exercituum deus israel. Quia moab ut sodoma erit. et filij ammon quasi gomorra. siccitas spinarum et acerui salis

Prologus

et testū vſq; in eternū. Reliquē ppli mei diripient eos. residui gētis mee possidebūt illos. Hoc eis eueniet p supbia sua qua blasphemauerūt et magnificati sunt sup pplm dñi exercitū. Horribilis dñs sup eos. et attenuabit oēs deos tre. Et adorabūt eū viri de loco suo. oēs insule gentiū. Sed et vos ethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extēdet manū suā sup aquilonem et perdet assur. Et ponat speciosam i solitudinē in inuitū. et q̄si de fertū. Et accubabūt in medio eius greges. oēs bestie gentiū. et onocrotalus et hericius i liminib; ei⁹ morabūtur. vox cantantis in fenestra. coruus i sublimiari. qm̄ attenuabo robur eius. Hec est ciuitas gloriosa habitans in confidentia. q̄ dicebat in corde suo. Ego sum. et extra me non ē alia amplius. Quomō facta est in desertū. cubile bestie. Om̄is qui transit per eam. sibilabit. et mouebit manum suam.

III

V Puocatrix et redēpta ciuitas colūba. Nō audiuit vocē et non suscepit disciplinā. In dño nō ē cōfisa. ad deū suū nō appropinquauit. Principes eius in medio eius. q̄si leones rugientes. Iudices ei⁹ lupi vespe. nō relinq̄bāt i mane. pphete ei⁹ vesani viri infideles. Sacerdotes ei⁹ polluerūt sc̄m̄. iniuste egerūt i legē. Dñs iustus in medio eius. nō faciet iniquitatē. Mane mane iudiciū suū dabit in luce. et nō abscondet. Nesciuit aut̄ iniquus pfusionem. Disp̄dite gētes et dissipati sunt anguli ear. Desertas feci vias eoz duz nō ē qui transeat. Desolate sunt ciuitates eoz. nō remanēt viro neq; villo habitatore. Dixi attamen timebis me suscipies disciplinā. Et non pibit habitaculū eius. ppter oīa in quib; visitaui. eā. Uerūt̄ diluculo surgētes corruerūt oēs cogitāōes suas. Quapropter expecta me dicit dñs in die resurrectionis mee i futur. qz iudiciū meū vt cōgregē gētes. et colligā regna. Et effundaz sup eos indignationem meā. omnē irā furoris mei. In igne em̄ celi mei deuorab

bitur omnis terra. Quia tūc reddā populus labium electum vt inuocent oēs nomē dñi et seruiāt ei hūerovno. Ultra flumina et hiopie. inde supplices mei filij dispsor meoz deferent munus mihi. In die illa nō cōfunderis super cūctis adinuētionib; tuis. quib; puaricata es in me. Quia tunc auferā te medio tui magniloquos superbie tue. et nō adificies exaltari ampl⁹ in mōte sancto meo. Et derelinquā in medio tui populum pauperem et egenum et sperabūt in noie domini. Reliquie israel non facient iniquitatem nec loquētur mendaciū et nō inueniēt in ore eoz lingua dolosa. Quā ipi pascēt et accubabunt et nō erit q̄ ex terreat. Lauda filia sion. iubila isrl. Letare et exulta in omni corde filia hierusalem. Abstulit dñs iudiciū tuuz. auertit inimicos tuos. Rex israel dñs i medio tui. non timebis malum vltra. In die illa dicez hierusalem. Noli timere sion. nō dissoluant manus tue. Dominus deus tuus in medio tui fortis. ipe saluabit. Gaudebit super te in leticia. filebit in dilectione tua. et exultabit sup te in laude. Augas q̄ a lege recesserāt cōgregabo qz ex te erant vt nō vltra habeas sup eis obprobriū. Ecce ego interficiā oēs q̄ affixerūt te in tpe illo. et saluabo claudicantē. et eā q̄ eiecta fuerat cōgregabo. Et ponā eos in laudē et i nomē in omni terra cōsufionis eoz. in tpe illo quo adducaz vos. Dabo em̄ vos in nomē et in laudē om̄ib; populis terre. cū suertero captiuitatem vſam coram oculis vestris dicit dominus.

Explicit sophonias ppheta. Incipit prologus in Aggeum prophetam.

H Jeremias pplxta ob causam piurij sedechie regis vt historia libri secūdi paralipomenō indicat. q̄ si dem promissam nabucho donosor regi chaldeozū non seruauerat

pplm isrl' refert cū memorato ege r hie
 rusalē. expugnata hierlm. captiuū i ba
 bilonē fuisse pductū. Sz cū memorat'
 pplus multis tpi b' idolis seruiēdo etiā
 effusione sanguinis innocentū se gra
 uiter impiasset. volēs deus generatōez
 vniuersam eiusedē ppli ob cās memora
 tas penit' de p're. septuaginta ānoz ca
 ptiuatē eūde pplm in regno chaldeoz
 statuit sustinere. hac rōne vt p'pleto nu
 mero annoz. nouus ppl's a memoratis
 pctis immūis ad renouatōem hierlm
 pueniret. Seragesimo itaq' scōo anno
 regno chaldeoz subuerso q' adhuc octo
 āni restabāt ad regnandū qd' etiā sexta
 visio danielis oñdit. cū p'pter cām sacri
 legij. qd' i eadē visioe p' t'nef fuisse extin
 ctū. darius q' medis impabat. vt septia
 visio danielis oñdit. mēozatorū regno
 successit. Cui' p'mo āno regni. vt decia
 visio danielis manifestat daniel suppu
 tatis ānis vidēs appropinq're t'ps reuer
 sionis q' p' hieremiā fuerat. p'missa orās
 tam p' se q' p' pro p'plo eandē p'missionem
 a deo postulabat impleri. cui p' gabrielē
 archangelū in eadem visione iuxta pre
 ces eiusdem. vniuersa completa esse de
 us dixit. Nam moziēte supradicto da
 rio rege medoz. r succedente i regno cy
 ro rege psaz. p'missione dei completa
 per eundem regem populumq' israh'lm
 hierusalem reductum historia secundi
 libri paralipomenon. r initium esdre p'
 phete confirmant. Cūq' a populo isrl'
 r seniozib' templum dei edificari cepis
 set mortuo cito rege ac regnante dario
 rege psartū. qui memorato cito successer
 rat. vicine gentes ciuitatis hierusalez
 vt idē esdras refert restauratōem tem
 pli r ciuitatis resistendo ipedire cepit.
 Qua ratione deterritus populus israhel
 reparationez supradicti templi domini
 necdū iuxta p'missionem concessam cē
 credebat. Propter qd' in secūdo anno
 regni mēozati darij regis psaz. aggeus
 ppheta a deo missus sorobabel qui de tri
 bu erat iuda qui potestates regni susce
 pturus erat r iesum filiū iosedech sum

mū sacerdotē āmonet. vt credant h'ple
 to nūero ānoz tēpus restauratōnis hie
 rusalē aduenisse. hoc etiā addito. ne in
 credulitatez ppli vellent imitari. de quo
 deus p' eū dixit. Populus hic dicit. nō
 dū venit t'ps. vt edificez dom' dei. Om
 nia autē q' in textu hui' p'phetie cōtinent
 reuerfioez ppli. edificatōem tēpli. reno
 uatōem ciuitatis. obf'uatiā sacerdotale r
 initū regnozū gētiū exteraz significāt.

Explicet prologus Incipit Argu
 mentum.

Aggeus festiuus et letus
 qui seminavit i lacrimis
 vt in gaudio meteret de
 structū templū reedificat
 tēq' patrem inducit lo
 quentē. Adhuc vnū modicū ē. r ego cō
 mouebo celum r terram. mare et aridā
 r mouebo omnes gentes: r veniet desi
 deratus cunctis gentibus.

Explicet argumentum. Incipit Ag
 geus propheta. Capitulū I

Manose

cūdo darij reg' i mē
 se sexto i die vna mē
 sis. factū ē verbū do
 mini in manu aggei
 pphete ad sorobabel

filiū salathiel ducē iuda. et ad iesum fi
 liū iosedech sacerdotē magnū dicens.
 Hec ait domin' exercituū dicens. Po
 pulus iste dicit. Nōdū venit t'pe dom'
 dñi edificande. Et factū ē verbū dñi in
 manu aggei pphete dicens. Nūqd' t'ps
 vobis est. vt habitetis in domib' laque
 atis. r domus ista deserta. Et nunc hec
 dicit dñs exercituum. Ponite corda ve
 stra super vias v'as. Seminastis mul
 tum. r ihtulistis paz. Comedistis. r nō
 estis satiati. Bibistis r nō estis inebria
 ti. Operuistis vos. r non estis calefacti.
 Et qui mercedes congregauit. misit

cas in sacculū pertusum. **Hec dicit dñs exercitū.** **Donite corda v̄ra sup vias v̄ras.** **Ascēdite i montē. portate ligna 7 edificate domū. et acceptabil mibi erit 7 glificabo dicit dñs.** **Respexit ad amplū 7 ecce factū ē min⁹.** **Et intulistis in domū 7 exufflanti illud.** **Quā ob cām dicit dñs exercitū.** **Quia dom⁹ mea def̄ta ē. 7 vos festinastis vnusq̄sq̄ in domū suā. ppter b̄ super vos phibiti sunt celi. ne darent rosē. 7 fra phibita ē ne daret germē suū.** **Et vocauit siccitatē sup terram 7 sup mōtes 7 sup criticū 7 sup vinū 7 sup oleū et q̄cūq̄ pfert humus. et sup hoies 7 sup iumenta 7 super omnē labozē manūū.** **Et audiuit sorobabel filius salathiel. 7 iesus filius iosedech sacerdos magn⁹ 7 oēs reliq̄ ppli vocē dñi sui. 7 verba aggei pphete sicut misit eū dñs deus eoz ad eos 7 timuit ois plus a facie dñi.** **Et dixit aggeus nūcius dñi de nūcijs dñi p̄lo dicens.** **Ego vobiscum sum dicit dñs.** **Et suscitauit deus sp̄m sorobabel filij salathiel ducē iuda 7 sp̄m iesu filij iosedech sacerdotē magni 7 spiritum reliquoz de omni p̄lo. 7 ingressi sunt 7 faciebant opus in domo dñi exercituum dei sui.**

II
Die vicefima et q̄rta mensis i in sexto mēse in āno secūdo dārij regis in septimo mēse vicefima et prima mēsis. factū ē d̄bum dñi in manu aggei pphete dicēs. **Loq̄re ad sorobabel filiū salathiel ducē iuda et ad iesum filiū iosedech sacerdotē magnū. 7 ad reliq̄s ppli dicēs.** **Quis in vob̄ est derelictus qui vidit domū istā in gloria sua prima.** **Et quid videtis hanc nunc.** **Nūqd nō ita ē q̄si nō sit in oculis v̄ris.** **Et nūc cōfortare sorobabel dicit dñs. 7 cōfortare iesu filiū iosedech sacerdotē magni. 7 cōfortare om̄is plus terre dicit dñs exercitū. 7 facite q̄m̄ ego vobiscū sum dicit dñs exercitū.** **Verbum q̄d pepigi vobiscū cum egredimini de terra egipti. 7 sp̄s meus erit in medio v̄rm.** **Nolite timere. q̄ hec dicit dñs exercitū.** **Adhuc vnū modicū est 7 ego p̄mo**

uelo celū 7 fram 7 mare 7 aridā. **Et cōmouebo oēs gētes. et veniet de fiderat⁹ cūctis gētib⁹.** **Et implebo domuz istam gloria dicit dñs exercitū.** **Neū est argentū 7 meū ē aur⁹. dicit dñs exercitū.** **Magna erit gloria domus istī nouisti me plusq̄ pame. dicit dñs exercituum.** **Et i loco isto dabo pacē. dicit dñs exercitū.** **In vicefima 7 quarta noni mēsis in anno secūdo dārij regis. factū ē d̄bū dñi ad aggeū pphetam dicens.** **Hec dicit dñs exercitū.** **Interroga sacerdotes legem. dicēs.** **Si tulerit homo carnem sanctificatā in ora vestimenti sui. 7 tetigerit de sumitate ei⁹ panem aut pulmentū aut vinū aut oleū aut oēm cibū nūquid sanctificabit.** **R̄ndentes autē sacerdotes dixerūt.** **Nō.** **Et dixit agge⁹.** **Si tetigerit pollutus i aīa ex oib⁹ his nūquid ptaminabit.** **Et r̄nderūt sacerdotes 7 dixerūt.** **Contaminabit.** **Et respondit aggeus 7 dixit.** **Sic p̄ls iste 7 sic gens ista ante faciē meā dicit dñs. 7 sic oē opus manūū eoz. 7 oīa q̄ obtulerūt ibi. ptaminata erūt.** **Et nūc ponite corda v̄ra a die hac 7 sup. anteq̄ ponere lapis sup lapidem in tēplo domini cū accederetis ad acerū viginti modioz 7 fierent decēz. 7 intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas et siebant viginti.** **Perussi vos vento vr̄te 7 aurugine 7 grandine oīa opa manūū v̄raz. 7 nō fuit in vob̄ q̄ reuerteret ad me dicit dñs.** **Donite corda v̄ra ex die ista 7 in futur⁹ a die vicefima 7 quarta noni mensis a die q̄ fundamēta iactata sunt templi domini ponite sup cor v̄rm.** **Nūquid iam semen in germine est.** **Et adhuc vinea 7 ficus 7 malogranatū 7 lignū oliue nō floruit.** **Et die ista benedicā.** **Et factū ē verbuz dñi secūdo ad aggeū in vicefima 7 q̄rta mensis dicēs.** **Loq̄re ad sorobabel ducē iuda dicens.** **Ego mouebo celū pariter 7 terram. 7 subuertam solū regnozū et conteram fortitudinem regni gētū.** **Et subuertam quadrigam et ascensorem eius. et descendent equi 7 ascenso**

Zacharias

res eorum vir in gladio fratris sui. In die illo dicit dominus exercituum assumam te corobabel filii salathiel serue meus dicit dominus et ponam te quasi signaculum. quia te elegi dicit dominus exercituum.

Explicit Aggeus propheta. Incipit prologus in zachariam prophetam.

Secundo anno dary regis medorum aggeus et zacharias prophetasse lectiones eorum dem declarant. Sed hac de causa aggeus zacharie in ordine prophetarum platus esse videtur. quod eum duobus mensibus ut predictorum lectiones ostendunt. in prophetia precessisse inuenitur. et ad reparationem templi precepto dei populum animasse ut esdras refert dicens. In secundo anno dary regis profetae prophetauerunt aggeus et zacharias filii addo prophete. super iudeos qui erant in iuda et hierusalem. super israel in nomine dei super eos. Tunc surrexerunt corobabel filii salathiel et iesus filii iosedech et principes eius inchoaueruntque edificare domum dei que est in hierusalem. Quibus cum adessent. prophete. exhortatione sua adiuuauerunt eos. Nam et populi israel ab imitacione peccatorum delictorum per suam ammonitionem idem propheta cupiens reuocare. verbis lectione copenhensis usus est. Tunc nocte et ecce vir ascenderat super equum rubrum etc. Tunc dicit propheta virum equo rubro sedentem et stantem in medio mirteti umbrati. cuius visionis hec solutio est. Vir ascendens equum rubrum. licet angelus intelligat. tamen quod predicti coloris equum descendere visus est vindictam sanguinis in eam gentem significat afferendam. que populum israel in captiuitatem redegerat. Nam et esaias propheta per rubrum vestimentorum inter gentes vindictam cum sanguine a deo proferendam demonstrans. his verbis usus est dicens. Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de ihsa etc. Stantem vero in medio mirteti umbrati. quod dicit. leticia populo affuturam. per mirteti significationem voluit de signari. Cuius ligni moyses in leuiti-

co. cum faceret mentionem. ait accipietis die prima fructus ligni speciosi. ut leticia populi per bonum olētis ligni et speciosi vmbaculum demonstraret. Sed hanc visionem que liberationem populi et vindictam de aduersariis affuturam demonstrat ob hoc nocte propheta se vidisse memorauit quia populum israel in prima liberatione de terra egipti. nocte discessisse constabat. cuius exitus populi quia presens populus aliquam partem in se retinere videbatur. liberatio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra chaldeorum per noctem prophete est reuelata.

Explicit prologus. Incipit Argumentum

Zacharias memor domini sui multiplex in prophetia iesum cum vestibus sordidis et lampade oculorum septem candelabrūque aureum cum totidem lucernis quot oculis. duas quoque oliuas a sinistris lampadis cernit et a dextris. et post equos rufos. varios. albos. et dissipatas quadrigas et effraim. et equum de hierusalem pauperem regem vaticinatur. et predicat regem sedentem super pullum filium asine subiugalis.

Explicit Argumentum. Incipit zacharias propheta. Capitulum I

In mense octauo in anno secundo dary regis factum est verbum domini ad zachariam filium barachie filii addo prophetam. Iratus est dominus super presentes vestros iracundia. Et dices ad eos. Hec dicit dominus exercituum. Conuertimini ad me ait dominus exercituum. Et conuertar ad vos. dicit dominus exercituum. Ne fitis sicut presentes vestri ad quos clamabant prophete priores dicentes. Hec dicit dominus exercituum. conuertimini de vestris vestris malis. et cogitacionibus vestris pessimis. et non audierunt neque attenderunt ad me dicit dominus

Præs vti vbi sunt et prophete. Nūquid
in sempiternū uiuent. Ceterunt uerba
mea et legitima mea que madaui seruis
meis prophetis. nūquid nō cōphenderunt
p̄res v̄tos. Et uersi sunt et dixerūt. si
cut cogitauit dñs exercitū facere nob̄
s̄m vias n̄as et s̄m adinūctiōnes n̄as
fecit nob̄. In die vicesima quarta vn
decimi mensis sabbath in anno secūdo
darii. factum est verbum dñi ad cacha
riam filium barachie filij addo. p̄phetā
dicens. Clidi p̄ noctem. et ecce vir ascen
dens super equū rufum. et ipse stabat in
ter mirteta que erant in pfundo. et post
eū equi rufi varij et albi. Et dixi. Qui
sunt isti dñe mi. Et dixit ad me āgelus
dñi qui loquebat̄ in me. Ego ostendaz
tibi qd̄ sint hec. Et r̄ndit vir qui stabat
int̄ mirteta et dixit. Isti sunt quos mi
sit dñs. vt pambulent̄ terras. Et r̄nde
rūt āgelo dñi qui stabat̄ inter mirteta.
et dixerūt. Perambulauimus terram.
et ecce oīs terra habitā et q̄scit. Et r̄n
dit angelus dñi. et dixit. Dñe exercitū
vsq̄quo tu nō miseraberis hierlm̄ et vr
biū iuda q̄b̄ iratus es. Iste iā septua
gesimus ānus est. Et r̄ndit dñs ange
lo qui loquebatur in me uerba bona. ver
ba cōsolatoria. Et dixit ad me angelus
q̄ loq̄batur in me. Clama dices. hec di
cit dñs exercitū: celatus sup̄ hierlm̄ et
siō celo magno. Et ira maḡ egolira scoz
sup̄ gētes opulētas. qz ego iratus sum
pari. ipi vero adiurauerūt i malū. p̄pte
rea hec dicit dñs. Reuertar ad hierlm̄
in misericordijs. et dom̄ mea edificabit̄
in ea ait dñs exercitū. et perpendicularū
extendetur super hierlm̄. Adhuc clama
dicens. hec dicit dñs exercitū. adhuc
affluent ciuitates mee lonis et solabit̄
adhuc dñs sion. et eliget adhuc hierusa
lem. Et leuauī oculos meos et vidi. et
ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelū
qui loq̄batur in me. Quid sunt hec. Et
dixit ad me. Hec sunt cornua que v̄ti
lauerunt iudam et israhel et hierusalem.
Et oñdit mibi dominus q̄tuor fabros
Et dixi. Quid isti veniunt facere. Qui

ait dicens. Hec sunt cornua q̄ ventila
uerunt iudā p̄ singulos viros. et nemo
eorum leuauit caput suum. Et uenēt
isti deterrere ea vt deiciant cornua sup̄
terram iuda vt dispergerent eam. II

Et leuauī oculos meos et vidi et
ecce vir et in manu eius funicu
lus mensoz. Et dixi quo tu va
dis. Et dixit ad me. Ut metiar hierlm̄
videā quāta sit longitudo eius et quā
ta latitudo eius. Et ecce angelus q̄ lo
q̄bat̄ in me egrediebat̄ et alius angelus
egre diebat̄ in occursum ei. et dixit ad eū
Curre. loq̄re ad puez istū dices. Absq̄
muro habitabis hierlm̄ p̄ multitudi
ne hominū et iumentoz in medio eius.
Et ego ero ei ait dñs murus. signis i cir
cūtu. et in gl̄ia ero i medio eius. Do o
fugite de terra aq̄lonis dicit dñs. qm̄ in
quatuor ventos celi dispsi vos dicit do
minus. Sion fuge q̄ habitas apud si
liam babilonis. qz hec dicit dñs exerci
tū. Post gloriā misit me ad gentes q̄
spoliauerūt vos. Qui. n. tetigerit vos.
tangit pupillam oculi mei. Quia ecce
ego leuo manū meā sup̄ eos. et erūt p̄e
de his q̄ seruebant sibi. et cognoscetis.
qz dñs exercitū misit me. Lauda et le
tare filia sion. qz ecce ego venio et habi
tabo i medio tui. ait dñs. Et applicabū
tur gentes multe ad dominū in die il
lo. et erunt mihi in populū. Et habita
bo in medio tui et scies quia dominus ex
ercituum misit me ad te. Et possidebit
dominus iudā p̄tem suā i terra sancti
ficata. et eliget adhuc hierusalem. Sileat
omnis caro a facie domini. qz consurre
xit de habitaculo sancto suo. III

Et oñdit mibi dñs iesum sacer
e dotē magnū stantē corā ange
lo dñi. et sathan stabat a dextris
ei vt aduersaretur ei. Et dixit dñs ad
sathan. Increpet dñs in te sathan. et in
crepet dñs in te qui elegit hierusalem.
Nūquid non iste torris est erutus de
igne. Et iesus erat indutus vestib̄ soz
didis. et stabat ante facies angeli. Qui
respondit. et ait ad eos qui stabat̄ coram

se dicēs. Auferte vestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eū. Ecce abstuli a te iniq̄tatem tuā ⁊ indui te mutatorijs. Et dixit. Ponite cidarim mūdā sup caput eius. Et posuerūt cidarim sup caput ei⁹ mūdā ⁊ induerūt eū vestib⁹. Et āgel⁹ lus dñi stabat ⁊ cōtestabā āgelus dñi iesum dicēs. Hec dicit dñs exercitū. Si i v̄ijs meis ābulaueris ⁊ cust odiaz meā custodieris tu q̄z iudicabis domuz meā ⁊ custodies atria mea. et dabo tibi ābulātes de his q̄ nūc h̄ assistūt. Audi iesus sacerdos magne. tu ⁊ amici tui q̄ hitāt coram te. q̄z viri portēdētes sunt. Ecce. n. ego adducā frūū meuz orientē q̄z ecce lapis quē dedi corā iesu. sup lapidē vnū septē oculi sunt. Et ecce ego celabo sculpturā ei⁹ ait dñs exercituum ⁊ auferā iniquitatem terre illius in die vna. In die illa dicit dominus exercituum. vocabit vir amicum suuz subter vineam ⁊ subter ficum.

III

Et reuersus ē angelus qui loq̄batur in me ⁊ suscitauit me q̄z si viruz qui suscitaf de somno suo. Et dixit ad me. Quid tu vides. ⁊ dixi. Vidi. ⁊ ecce candelabrū aureū totū. ⁊ lampas eius sup caput ipius. ⁊ septem lucerne eius sup illud. ⁊ septē infusoria lucernis q̄ erāt sup caput eius. ⁊ due oliue sup illud. vna a dextris lampadis. ⁊ vna a sinistris eius. Et respondi. ⁊ aio ad angelū qui loquebatur i me dicens. Quid sunt hec domine mi. Et respondit angelus qui loq̄batur in me. ⁊ dixit ad me. Nunquid nescis qd sunt hec. Et dixi. Non domine mi. Et respōdit et ait ad me dicens. Hoc est verbum domini ad sorobabel dicens. Non in exercitu nec in robore. sed in spiritu meo dicit domin⁹ exercitū. Quid tu mōs magne coraz sorobabel in planum. Et educet lapidē primariū. et exequabit gratiam gratie eius. Et factum est verbum domini ad me dicens. Manus sorobabel fundauerūt domū istam. ⁊ manus eius perficient eam. ⁊ scietis qz domin⁹ exercitū misit me ad vos. Quis

eū desperit dies paruos. Et letabūt⁹ ⁊ videbūt lapidē stanneū in manu sorobabel. Septem sunt isti oculi domini qui discurrunt in vniuersam terrā. Et respondi. ⁊ dixi ad eum. Quid sunt due oliue iste ad dexteram candelabri ⁊ ad sinistram eius. Et respondi secundo ⁊ dixi ad eum. Quid sunt due spice oliuaz q̄ sunt iuxta duo rostra aurea. in q̄bus sunt suffozoria ex auro. Et ait ad me dicēs. Nunquid nescis quid sunt hec. Et dixi. Non domine mi. Et dixit. Isti sunt duo filij olei splēdoriz qui assistūt dominatozi vniuersę terre.

V

Et conuersus sum ⁊ leuaui oculos meos ⁊ vidi et ecce volumē volans. Et dixit ad me. Quid tu vides. Et dixi. Ecce ego video volumē volans. longitudo eius viginti cubitoz ⁊ latitudo eius decē cubitoz. Et dixit ad me. Hec est maledictio q̄ egrediet sup faciem omnis terre. quia omnis sicut ibi scriptum est iudicabitur. ⁊ oīs iurās ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud dicit dominus exercituum. ⁊ veniet ad domū furis et ad domū iurantis in nomine meo mendaciter ⁊ cōmorabitur in medio domus eius. ⁊ confumet eam ⁊ ligna eius ⁊ lapides eius. et egressus est angelus qui loquebatur in me. ⁊ dixit ad me. Leua oculos tuos et vide. Quid ē hoc qd egrediet. Et dixi. Quid nam est. Et ait. Hec est amphora egrediens. Et dixit. Hic est oculus eoz in vniuersa fra. Et ecce talentum plūbi portabā. ⁊ ecce mulier vna sedēs in medio amphoze. Et dixit. Hec ē impietas. Et proiecit eam in medio āphoze. ⁊ misit massam plūbeam in os eius. Et leuaui oculos meos et vidi. et ecce due mulieres egrediētes. et spūs i alis eaz. Et habebant alas quasi alas milui ⁊ leuaerunt amphozā inter terram et celum. Et dixi ad angelū qui loquebā in me. Quo iste deferunt amphozā. Et dixit ad me. Ut edificetur ei domus in terra sennaar. et stabiliatur et ponat ibi super basem suam.

T cōuersus sum. et leuavi oculos meos et vidi. et ecce quatuor quadragesime egredientes de medio montium. et motes. motes erei. In quadragesima prima equi rufi. in quadragesima secunda equi nigri. in quadragesima tertia equi albi. et in quadragesima quarta equi varij et fortes. Et rudi. et dixi ad angelum qui loquebatur in me. Quid sunt hec domine mihi? Et rudit angelus et ait ad me. Isti sunt quatuor venti celi. qui egrediuntur ut stent coram domino ante oculos terre. In qua erant equi nigri egrediebantur in terra aquilonis: et albi egressi sunt post eos. et varij egressi sunt ad terram austrum. Qui autem erant robustissimi. exierunt et querebant ire et discurrere per omnem terram. Et dixit. Ite et pambulate terram. Et pambulauerunt terram. Et vocauit me. et locutus est ad me dicens. Ecce qui egrediuntur in terra aquilonis. requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis. Et factum est verbum domini ad me dicens. Sume a transmigratione ab oldai et a tobias et ab idaia et venies tu in die illa et intrabis domum ioseph filij sophonie. qui venerunt de babilone. et sumes aurum et argentum et facies coronas et ponnas in capite iesu filij iosedech sacerdotis magni et loqueris ad eum dicens. Hec ait dominus exercituum dicens. Ecce vir oriens nomen eius. Et subter eum orietur. et edificabit templum domino. et ipse extruet templum domino. Et ipse portabit gloriam. et sedebit et dominabitur super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo. et spiritus pacis erit inter illos duos. Et corone erunt helie et tobie et idaie et ben filio sophonie memoriale in templo domini. Et qui perierunt sunt venient et edificabunt in templo domini. et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Erat autem hoc. si audistis tu audieritis vocem domini dei vestri. VII

Factum est in anno quarto dario regis factum est verbum domini ad zachariam in quarta mensis noni qui est castleus Et miserunt ad domum dei sarasar et rogo melech et viri qui erant consules ad precandus faciem domini. ut diceret sacerdotibus domus domini exercituum et prophetis loquentes. Numquid

flendum est mihi in quanto mense. vel sanctificare me debeo sicut feci iam multis annis. Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens. Loquere ad omnem populum sere et ad sacerdotes dicens. Cum ieiunaretis et plageretis in quanto et septimo per hos septuaginta annos. in quibus ieiunastis ieiunastis mihi. Et cum comedistis et bibistis numquid non vobis comedistis et vobis metipsis bibistis. Numquid non hec sunt verba que locutus est dominus in manu prophetarum priorum cum adhuc hierusalem habitaret et esset opulenta. et ipsa et vrbes in circuitu eius. et ad austrum et in campes tribus habitaret. Et factum est verbum domini ad zachariam dicens. Hec ait dominus exercituum dicens. Iudicium vestrum iudicate. et misericordiam et miseratōes facite unusquisque cum fratre suo. Et vidua et pupillum et aduenam et pauperem nolite calūniari. et matrem viri fratris sui non cogitet in corde suo Et noluerunt attendere et auerterunt scapulam recedentes. et aures suas aggrauauerunt ne audiret. et cor suum posuerunt ut adamante ne audiret legem et verba que misit dominus exercituum in spiritu suo seto per manus prophetarum priorum. Et facta est indignatio magna a domino exercituum. Et factum est sicut locutus sum et non audierunt sic clamabunt et non exaudiam dicit dominus exercituum. Et dispersi eos per omnia regna que nesciunt. et terra desolata est ab eis eo quod non esset transiens et reuertens. et posuerunt terram desiderabilem in desertum. VIII

Factum est verbum domini exercituum dicens. Hec dicit dominus exercituum gelatus sum sion celo magno. et indignatione magna gelatus sum ea. Hec dicit dominus exercituum. Reuersus sum ad sion et habitabo in medio hierusalem. Et vocabitur hierusalem ciuitas veritatis et mos domini exercituum mos sanctificatus. Hec dicit dominus exercituum. Adhuc habitabunt senes et anus in plateis hierusalem. et viri baculus in manu eius pro multitudine dierum. Et platee ciuitatis plebunt infantibus. et puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dominus exercituum. Si videbit difficile in oculis reliquias

populi huius in diebus illis. nunquid in oculis meis difficile erit dicit dominus exercituum. **Hec dicit dominus exercituum.** Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis et de terra occasus solis. et adducam eos et habitabunt in medio hierusalem. et erunt mihi in populum. et ego ero eis in deum in veritate et in iusticia. **Hec dicit dominus exercituum.** Confortentur manus vestre. quia audistis in his diebus per mores istos per os prophetarum. in die qua fundata est domus domini exercituum ut templum edificaretur. **Siquidem** annus illos merces hominum non erat nec merces iumentorum erat neque introeunti neque exeunti erat pax pro tribulatione. et dimisi eos homines unumquemque pro primo suo. **Nunc** autem non iuxta dies priorum ego faciam reliquijs populi huius dicit dominus exercituum. sed semine pacis erit. **Uinea** dabit fructum suum et terra dabit germen suum. **Et celi** dabitur rorem suum. et possidere faciam reliquias populi huius uniuersa hec. **Et erit.** sicut eratis maledictio in generibus domus iuda et domus israel. sic saluabo vos et eritis benedictio. **Nolite** timere. comforetur manus vestre. quia hec dicit dominus exercituum. **Sicut** cogitavi ut affligerem vos cum ad iracundiam provocassent preseres vestri me dicit dominus. et non sum misertus. sic conuersus cogitavi in diebus istis ut benificiam domui iuda et hierusalem. nolite timere. hec sunt verba que facietis. **Loquimini** veritatem unusquisque cum primo suo. **Veritatem** et iudicium pacis iudicate in portis vestris. et unusquisque malum pro amico suo ne cogitetis in cordibus vestris. et iuramentum medatione diligatis. **Dia. n.** hec sunt que odi dicit dominus. **Et factum** est verbum domini exercituum ad me dicens. hec dicit dominus exercituum. **Ieiunium** quattuor et ieiunium quattuor. et ieiunium septimi et ieiunium decimi. erit domui iude in gaudium et in leticia. et in solennitates preclaras. **Veritatem** terram et pacem diligite. **Hec dicit dominus exercituum.** Usque quando veniant populi et habitent in ciuitatibus multis. et vadant habitatores vestri ad alterum dicentes. **Sanctus** et reuerentemur faciemus dominum. et quaramus dominum exercituum suum. **Quada** etiam ego. **Et veniet** populi multi et gentes robusti ad querendum dominum

exercituum in hierusalem et reuerentemur faciemus domini. **Hec dicit dominus exercituum.** In diebus illis in quibus apprehendetur decem homines ex omnibus linguis gentium et apprehendetur simbraia viri iudei dicentes. **ibimus** vobiscum. **Audiuimus** enim quoniam deus vobiscum est.

IX

Aus vobis domini in terra adrach. et **o** damasci requiescit ei. quia dominus est oculus hominis et omnium tributorum israel. **Emat** quia in terminis eius. et tirus et sidon. **Assumpserunt** quippe sibi sapientiam valde. **Et edificauit** tirus munitiorem suam. et coaceruauit argentum quasi humum. et aurum ut lutum platearum. **Ecce** dominus possidebit eam. et percussiet in mari fortitudinem eius. et hec igni deuorabit. **Timebit** ascalon et timebit. et gasa et dolebit nimis. et acharon. quoniam confusa est spes eius. **Et pibit** rex de gasa et ascalon non habitabit. **Et sedebit** sepator in acoto. et disperdam superbiam philistinorum. **Et auferam** sanguinem eius de ore eius. et abominaciones eius de medio dentium eius. **Et relinquet** etiam ipse deo nostro. et erit quasi durus in iuda. **acharon** quasi hiebusseus. **Et circumdabo** domum meam ex his qui militat mihi euntes et reuertentes et non transibit super eos ultra exactor quia nunc vidi in oculis meis. **Exultatis** filia sidon. iubilatis filia hierusalem. **Ecce** rex tuus veniet tibi iustus et saluator. ipse pauper et ascendens super asinam. et super pullum filium asine. **Et disperdam** quadrigam ex effraim et equum de hierusalem. et dissipabit arcus belli. **Et loquetur** pacem gentibus et potestas eius a mari usque ad mare et a fluminibus usque ad fines terre. **Tu** quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu. in quo non est aqua. conuertimini ad munitionem vincti spei. **Hodie** quia quia annuncias duplicia reddam tibi. quoniam nath extendi mihi iudam quasi arcum. impleui effraim. **Et suscitabo** filios tuos sicut onus super filios tuos grecia. et ponam te quasi gladium fortium. **Et dominus** deus super eos videbit. et erit ut fulgur iaculum eius. **Et dominus** deus in tuba canet et valet in tur

bine austri. Dñs exercituū pteget eos
7 deuorabūt et subiciēt lapidibz fun-
de. Et bibētes inebriabūtur quasi a vi-
no 7 replebuntur vt phiale. 7 quasi cor-
nua altaris. Et saluabit eos dñs de eo-
rum in die illa vt gregē ppli sui. qz lapi-
des sancti eleuabūtur sup terram eius
Quid enim bonum eius est 7 quid pul-
crum eius nisi frumentum electorum
7 vinum germinans virgines. X

Erite a dño pluuiā in tpe sero-
p tino. 7 dñs faciet niues et plu-
uiā imbris 7 dabit eis singulis
herbam i agro. Quia simulacra locuta
sunt inutile 7 diuini viderūt mēdaciū.
7 somnatores locuti sunt frustra 7 va-
ne solabātur. Idcirco adducti sunt qz
si grex affligent qz nō ē eis pastor. Su-
per pastores iratus ē furor meus. 7 sup
hircos visitabo. Quia visitauit dñs ex-
ercituū gregē suū domū iuda. et rōsūt
eos qñ equū glorie sue in bello. Ex ipō
angulus. 7 ex ipō parillus. 7 ex ipō arc-
pñ 7 ex ipō egrediet oīs exactor simul.
Et erūt qñ fortes cōculcātes lutū via-
rū in plio. Et bellabunt qz dñs cū eis 7
pfundēt ascensores equoz. Et pfortabo
domū iuda. 7 domū ioseph saluabo. Et
puertā eos qz misereloz eoz. 7 erunt si-
cut fuerūt qñ nō picerā eos. Ego em̄
dñs deus eoz. 7 exaudia eos. Et erūt qñ
si fortes effraim 7 letabit cor eoz quasi
a vino. Et filij eoz videbunt 7 letabū-
tur. 7 exultabit cor eoz in domino. Si-
bilabo eis. 7 cōgregabo illos. qz redemi
eos. Et multiplicabo eos sicut añ fue-
rant multiplicati. 7 seminalo eos in po-
pulis. Et de longe recordabūtur mei. 7
viuēt cū filiis suis 7 reuertētur 7 redu-
cam eas de terra egipti. 7 de assiris cō-
gregabo eos. Et ad terrā galaad 7 liba-
ni adducā eos. 7 nō inueniet eis locus.
Et transiet in maris freto. 7 pcutiet in
mari fluctus. 7 pfundētur omnia pfun-
da fluminis. Et humiliabit supbia as-
sur. 7 sceptrum egipti recedet. Lōforta-
bo eos in domino. 7 in nomine eius am-
bulabunt dicit dominus. XI

Peri libanie portas tuas. et cor-
a medat ignis cedros tuas. plu-
la abies qz cecidit cedrus. quo-
niam magnifici vastati sunt. Ululate
quercus basan. qm̄ succifus ē salt' mu-
nitus. Vox ululatus pastoz. qz vastata
ē magnificentia eoz. Vox rugitus leo-
nū. qm̄ vastata ē supbia iordanis. Nec
dicit dñs deus meus. Pasce pecora or-
cisionis qñ possiderāt occidebāt 7 non
dolebāt. 7 vdebāt ea dicētes. Bñdicit'
dñs. diuites facti sumus. Et pastores
eoz nō pcebāt eis. 7 ego nō pcam vltra
sup hitantes tram dicit dñs. Ecce ego
tradā hoies. vnūquēqz in manu primi
sui 7 i manu regi sui 7 pcedēt tram 7 nō
eruā de manu eoz 7 pasca pecus occisio-
nis pñ h o paupes gregi. Et assumpsi
mibi duas virgas. vnā vocaui decore
7 alteram vocaui funiculum 7 pavi gre-
gem. Et succidi tres pastores in mēse
vno 7 ptracta ē aīa mea i eis. Siqdē 7
aīa eoz variauit in me. Et dixi. Nō pa-
scam vos. Quod moritur moriatur. et
quod succiditur succidatur 7 reliqui de-
uozent vnusquisqz carnem proximi sui
Et tuli virgam meā que vocabatur te-
cus et abscidi eā. vt irritū facerē sedus
meū qd pculsi cū oibz pplis. 7 in irritū
deductū ē in die illa. Et cognouerūt sic
paupes gregis qui custodiūt mibi quia
verbū dñi est. Et dixi ad eos. Si bonū
est in oculis vris afferte mercedē meā.
7 si nō quiescite. Et appenderūt merce-
dē meā. triginta argēteos. Et dixit dñs
ad me. Proice illud ad statuariū. Des-
coz pñ. quo appreciatus sum ab eis. 7
tuli triginta argenteos 7 pñci illos i do-
mo domini ad statuariū. Et precidi vir-
gam meam secundā que appellabatur
funiculus vt dissoluerem germanitatē
inter iudam et israhel. Et dixit dominus
ad me. Adhuc sume tibi vasa pastozis
stulti. Quia ecce ego suscitabo pas-
cozes in terra qui derelicta non visitabit. dis-
sum non queret et contritum nō sana-
bit 7 id quod stat nō enutriet 7 carnes
pinguium comedet. 7 vngulas eozum

dissoluet. **D** pastor & idolū. derelinqns
gregē. Gladius sup brachiū ei⁹. et sup
oculū dextere eius. Brachiu⁹ eius aridi-
tate siccabit. & oculus dextere eius tene-
brescens obscurabitur. **XII**

Aus vbi dñi sup isrl. Dicit do-
minus extendēs celū & fundās
fram. & fingēs spm homīs i eo.

Ecce ego ponā hierlm supluminare cra-
pule omīb⁹ plīs in circūitu. sed & iuda
erit i obfidiōe h hierlm. Et erit i die il-
la ponā hierlm lapidē oner⁹ cūct⁹ plīs
Dēs q̄ leuabūt eū. scissione lacerabun-
tur & colligētur aduersus eaz oīa regna
tre. In die illa dicit dñs. pcutiā omnē
equū in stuporē. & ascensorē ei⁹ in amen-
tiā. Et sup domū iuda aperiam oculos
meos & oēm equū p̄loꝝ pcutiā cecita-
te. Et dicēt duces iuda i corde suo. con-
fortētur hitatores hierlm. in dño exer-
cituū deo eozū. In die illa ponā duces
iuda sicut caminū ignis i lignis. & sicut
facē ignis in feno & deuorabūt ad dexte-
rā & ad sinistrā oēs p̄los in circūitu. &
hitabitur hierlm rursus in loco suo in
hierlm. et saluabit dñs tabernacula iu-
da sicut in p̄ncipio vt magnifice glorie-
tur domus dō. & gloria hitantiū hieru-
salem h iudam. In die illa p̄teget dñs
hitatores hierlm. Et erit q̄ offenderit
ex eis in die illa ouasi dauid. & domus
dauid quasi rei. sicut angelus dñi i cō-
spectu eius. Et erit in die illa querā cō-
terere oēs gentes q̄ veniūt h hierlm. &
effundā sup domū dō & sup hitatores
hierlm spm grē & p̄cū. Et aspicient
ad me quē p̄firerūt et plangēt eū plan-
ctu q̄si sup vnigenitū. & dolebūt sup eū
vt doleri solet in morte primogeniti. in
die illa magnus erit plactus in hierlm
sicut planctus ad rēmon in campo ma-
gedon. Et plangēt terre. familie & fami-
lie seorsum. Familie domus dauid se-
orsum. & mulieres seorsum. familie do-
mus nathan seorsum. & mulieres eoz
seorsum. Familie domus leui seorsum
& mulieres eoz seorsuz. Familie semet
seorsum. & mulieres eoz seorsum. **Dēs**

familie reliq. familie & familie seorsum
& mulieres eoz seorsum. **XIII**

In die illa erit fons patens do-
mū dō & hitantib⁹ hierlm. et i
ablutionē pctōis & mēstruate

Et erit in die illa dicit dñs exercituuz.
dispdā noīa idoloꝝ de fra. & nō memo-
rabūtur vltra. Et pseudo p̄phetas & spi-
ritū immūdū auferā de fra. Et erit cu⁹
p̄phetauerit q̄spiā vltra. dicēt ei p̄ ei⁹ &
m̄ ei⁹ q̄ genuerūt eū. Nō viues. q̄ mē-
daciū locutus es in noīe dñi. Et confi-
gent eū p̄ ei⁹ & m̄ ei⁹ genitores ei⁹. cu⁹
p̄phetauerit. Et erit i die illa cōfundēt
p̄phete vnusq̄sq̄ ex visione sua cū p̄phe-
tauerint. nec opientur pallio saccinorū
mentiant. **S**z dicet. nō sum p̄pheta. ho-
mo agricola ego sum. qm̄ adam exem-
plū m̄ eū ab adolescētia mea. & diceſ ei
Quid sunt plage iste i medio manuz
tuar. Et dicet. his plagat⁹ sum i domo
eoz q̄ diligebant me. Framea suscitare
sup pastorē meū. & sup virū coherentē
mibi dic dñs exercituū. Percute pasto-
rem. & disp̄gentur oues. Et p̄uertā ma-
nū meā ad puulos. Et erūt in oī terra
dicit dñs. p̄tes due i ea disp̄gent⁹ & defi-
ciēt. & tertia p̄s relinq̄tur in ea. Et du-
cam tertiā p̄tē p̄ ignē & vram eos sicut
vri argentū. & p̄balō eos sicut p̄batur
aur. Ip̄e vocabit nomē meū. et ego ex-
audia eū. Et dicā. p̄ls meus es. & ip̄se
dicet dominus deus meus. **XIII**

Ecce dies dñi veniūt. dicit do-
minus & diuidēt spolia tua in
medio tui. Et p̄gregabo om̄es
gentes ad hierusalē in prelum & capie-
tur ciuitas & vastabūtur domus. & mu-
lieres violabuntur. Et egrediet̄ media
pars ciuitatis in captiuitatē et reliquū
populi nō auferet̄ ex vrbe. Et egrediet̄
dominus & p̄habitur contra gētes il-
lae. sicut p̄liatus ē in die certamis. Et
stabūt pedes eius in die illa sup montē
oliuar. qui est contra hierlm ad orientē
tem. Et scindet̄ mons oliuar ex media
pte. sui ad orientē & ad occidentē p̄rupto
grādi valde. Et sepabit̄ mediū montis

E iij

tia. quia non est factus sicut cogitabat
Et erat illic per dies multos. quia reno-
uata est in eo tristitia magna et arbitra-
tus est se mori. Et vocauit omnes ami-
cos suos. et dixit illis. Recessit somnus
ab oculis meis. et concidi et corruui corde
pre solitudine. Et dixi in corde meo. In
quantam tribulationem deueni. et in
quos fluctus tristitie in qua nunc sum
qui iocundus eram et dilectus in pote-
state mea. Nunc vero reminisco malorum
que feci in hierusalem. vnde et abstuli
omnia spolia aurea et argentea que erant
in ea. et nisi auferre habitantes iudearum
sine causa. Cognoui ergo quia propter
rea inuenerunt me mala ista. et ecce pro-
reus tristitia magna in terra aliena. Et

Rachabeorum I

vocauit philippum vnu de amicis suis
et dposuit eu sup vniuersum regnu suu
Et dedit ei diadema. et stolam suam et
anulum. vt adduceret antiochum filiu
suum et nutriet eu et regnet. Et mor
tuus est illic antiochus rex anno cente
simo quadragesimonono. Et cognouit
lissas quonia mortuus est rex. et consti
tuit regnare antiochum filiu eius que
nutriuit adolefcetem. et vocauit nome
eius eupatozem. Et hi qui erat in arce
concluserant israel in circuitu sanctor
et querebant eis mala semper ad firma
mentu getiu. Et cognouit iudas disp
dere eos. et couocauit vniuersum popu
lum vt obsiderent eos. Et couenerunt
simul. et obsederunt eos anno ceterfimo
quingagesimo. et fecerunt balistas et ma
chinas. Et exierunt quidam ex eis q ob
sidedantur. et adiunxerunt se illis aliq
impij ex israel. et abierunt ad regem et di
xerunt. Quousq non facis iudicium et
vindicas fratres nostros. Nos de creui
mus seruire patri tuo et ambulare in p
ceptis eius et obsequi edictis eius. et filij
populi nostri propter hec alienabant se
a nobis. Et quicunq inueniebatur ex
nobis interficiebant. et hereditates no
stre diripiebatur. Et no ad nos tantu
extenderunt manu. sed et in omnes fi
nes nostros. Et ecce applicuerunt hodie
ad arcem in hierusalem occupare eam
et muntionem in bethsuram muniet
Et nisi puenieris eos velocius. maiora
q hec facient. et no poteris obtinere eos
Et iratus est rex vt hec audiuit. et couo
cauit omnes amicos suos et princeps
exercitus sui et eos qui sup equites erat
Sed et de regnis alijs et de insulis ma
ritimis venerunt ad eum exercitus con
ducticius. Et erat numerus exercitus
eius centu milia peditu. et viginti milia
equitu. et elephanti trigintaduo. docti
ad prelium. Et venerunt per idumeam
et applicuerunt ad bethsuram. et pugna
uerunt dies multos. et fecerunt machi
nas. Et exierunt et succenderunt eas igni.
et pugnaverunt viriliter. Et recessit iu

das ab arce et mouit castra ad bethsachā
ran contra castra regis. Et surrexit rex
ante lucē. et concitauit exercitus in im
petum cōtra viam bethsacharan. Et cō
parauerūt se exercitus in prelium. et tu
bis cecinerunt. Et elephantis offende
runt sanguinem vne et mori ad acuen
dos eos in preliu. Et diuiserunt bestias
p legiones. et astiterūt singulis elephā
tis mille viri in loriciis concatenatis. et
galee eree in capitib eorum. et quingē
ti equites ordiati vnicuiq bestie electi
erant. Hi ante tempus vbi cūq erat be
stia ibi erant. et quocūq ibat ibāt. et nō
discedebāt ab ea. Sed et turres lignee
sup eos firme protegentes. super singu
las bestias. et sup eas machine. Et super
singulas viri virtutis trigintaduo qui
pugnabāt desuper. et intus magister be
stie. Et residuū equitatum hinc et inde
statuit in duas ptes. tubis exercitu cō
mouere et purgere constipatos in legio
nibus eius. Et vt resulsit sol in clipeos
aureos et ereos resplenduerūt montes
ab eis. et replenduerūt sicut lampades
ignis. Et distincta ē ps exercitus regis
per montes excelsos et alia per loca hu
milia et ibant caute et ordinate. Et vno
uebantur omnes inhabitantes terram
a voce multitudinis eor et incessu turbe
et collisione armorum. Erat enim exer
citus magnus valde et fortis. Et appro
piavit iudas et exercitus eius in preliu
et ceciderūt de exercitu regis sexcenti vi
ri. Et vidit eleasar filius saura vnaq de
bestijs loricatam loriciis regis. et erat emi
nens super ceteras bestias. Et visum ē
ei q in ea esset rex et dedit se vt liberare
populu suum. et acquireret sibi nomen
eternum. Et cucurrit ad eam audacter
in medio legionis interficiens a dextris
et a sinistris. et cadebant ab eo huc atq
illuc. Et iuit sub pedes elephantis et sup
posuit se ei et occidit eum et cecidit in ter
ram super ipsum. et mortuus ē illic. Et
videntes virtutem regis et impetu ex
ercitus eius. diuerterunt se ab eis. Ca
stra aut regis ascenderunt contra eos:

in hierusalē ⁊ applicuerunt castra regis
ad iudeam ⁊ montē sion. Et fecit pacē
cū his qui erāt in bethsura. ⁊ exierūt de
ciuitate quia non erant eis ibi alimēta
conclusis quia sabbata erant terre. Et
comprehendit rex bethsuram. ⁊ ostiuit
ibi custodiam seruare eam. ⁊ conuertit
castra ad locū sanctificationis dies mul-
tos. Et statuit illic balistas et machi-
nas ⁊ ignis iacula et tormenta ad lapi-
des iactandos. ⁊ spicula et scorpios ad
mittēdas sagittas ⁊ fundibula. Fecerūt
autē ⁊ ipsi machinas aduersus machinas
eorū ⁊ pugnaverunt dies multos. Esce
autem non erant in ciuitate eo q̄ septi-
mus annus esset. et qui remanserāt in
iudea de gentibz cōsumpserāt reliqui-
as eorū que repositae fuerant. Et remā-
serunt in sanctis viri pauci quoniā ob-
tinuerat eos fames. ⁊ dispersi sunt vnus
quisq; in locum suū. Et audiuit lisias
q̄ philippus quem constituerat rex an-
tiochus cum adhuc viueret vt nutriret
antiochum filium suum ⁊ regnaret re-
uersus eā perfide ⁊ media. ⁊ exercitus
qui abierat cuz ipō. ⁊ quia querebat su-
scipere regni negocia. Et festinauit ire.
⁊ dicere ad regem ⁊ duces exercitus. de-
ficimus quotidie et esca nobis modica
est ⁊ locus quem obsidemus est muni-
tus. ⁊ incūbit nobis ordinare de regno.
Nūc itaq; demus de tras homibz istis.
⁊ faciamus cum illis pacem ⁊ eū omni
gente eorū. ⁊ cōstituamus illi vt ambu-
lent in legitimis suis sicut prius. Pro-
pterea legitima em̄ ipsorum que despe-
rimus irati sunt. ⁊ fecerunt omnia hec.
Et placuit sermo in conspectu regis et
principū. ⁊ misit ad eos pacem facere ⁊
ceperunt illā ⁊ iurauit illis rex ⁊ princi-
pes exierūt de munitione. Et intrauit
rex montē sion ⁊ vidit munitionem lo-
ci. ⁊ rupit citius iuramentum quod iu-
rauit ⁊ mandauit destruere murum in
giro. Et discessit festinanter ⁊ reuersus
est antiochiam. ⁊ inuenit philippū do-
minatē ciuitati. ⁊ pugnauit aduersus
eum ⁊ occupauit ciuitatem. VII

Anno centesimo quinquagesimo
a ⁊ primo. exijt demetrius seleuci
filius ab vrbe roma. ⁊ ascendit
cū paucis viris in ciuitatem maritimā.
⁊ regnauit illic. Et factum est vt ingres-
sus ē domū regni patrū suoz. comprehen-
dit exercitus antiochum ⁊ lisiam vt ad-
ducerent eos ad eum ⁊ res ei innotuit
⁊ ait. Nolite mihi ostendere faciem eo-
rum. Et occidit eos exercitus. Et sedit
demetrius sup sedem regni sui. ⁊ vene-
rūt ad eum viri iniqui ⁊ impij ex israel
⁊ alchimus dux eorum. qui volebat fieri
sacerdos. Et accusauerunt populum
apud regem dicentes. Perdidit iudas
fratres eius amicos tuos. ⁊ nos disper-
didit de terra nostra. Nūc ergo mitte vi-
rum cui credis vt eat ⁊ videat extermi-
niū omne quod fecit nobis in regionibz
regis. ⁊ puniat omnes amicos ei.
⁊ adutores eorū. Et elegit rex ex ami-
cis suis bacchidem. q̄ dominabat tras
flumē magnum in regno ⁊ fidelem re-
gi. ⁊ misit eum vt videret extermi-
niū quod fecit iudas. Sed et alchimū im-
piū constituit in sacerdotium. ⁊ mā-
dauit ei facere vltionem in filios israel.
Et surrexerunt ⁊ venerunt cum exerci-
tu magno in terras iuda. ⁊ miserūt nū-
cios ⁊ locuti sunt ad iudas et ad fratres
eius verbis pacificis in dolo. ⁊ nō intē-
derūt sermonibz eoz. Viderunt enim
quia venerunt cum exercitu magno. et
conuenerunt ad alchimū ⁊ bacchidem
cōgregatio scribarūz requirere q̄ iusta
sunt. Et primi assidei qui erant in filijs
israel ⁊ exquirebant ab eis pacem. Di-
xerunt em̄. Homo sacerdos de semine
aaron venit non recipiet nos. Et locu-
tus est cū eis verba pacifica. et iurauit
illis dicens. Nō inferemus vobis ma-
lū neq; amicis vris. Et crediderūt ei. ⁊
prehendit ex eis sexaginta viros ⁊ oc-
cidit eos in vna die. fm verbum quod
scriptum est. Carnes sanctorum tuoz
⁊ sanguinem ipozum effuderunt in cir-
cumitu hierusalem ⁊ non erat qui sepe-
liret. Et incubuit timor ⁊ tremor i oēm

Machabeorum I

populum. quia dixerūt. Nō est veritas
 7 iudicium in eis. Transgressi sunt em̄
 cōstitutum. 7 iusiurandū quod iurauerūt.
 Et mouit bacchides castra ab hieru-
 rusalem 7 applicuit in bethsecha. et mi-
 sit 7 comprehendit multos ex eis qui a
 se refugerāt. 7 quosdam de populo ma-
 ctavit. 7 in puteum magnum proiecit.
 Et commisit regionem alchimo. 7 reli-
 quit cū eo auxiliū in adiutoriū ipsi. Et
 abiit bacchides ad regem. Et satis age-
 bat alchimus pro principatu sacerdotij
 sui. Et cōuenerunt ad eum omnes qui
 perturbabant populū suum. 7 obtinue-
 runt terram iuda. 7 fecerunt plagā ma-
 gnā in israel. Et vidit iudas oīa ma-
 la q̄ fecit alchimus 7 qui cū eo erant fi-
 lijs israel multo plus q̄ gentes. 7 exiit
 in om̄es fines iudee in circūitu et fecit
 vindictam in viros defertores. 7 cessa-
 uerūt ultra exire in regionē. Vidit au-
 tem alchimus q̄ p̄ualuit iudas 7 q̄ cū
 eo erant. et cognouit q̄ non pōt susti-
 nere eos. 7 egressus est ad regē. 7 accusa-
 uit eos multis criminibz. Et misit rex
 nicanorē vnum ex principibz suis no-
 bilioribz q̄ erat inimiciā exercens cō-
 tra israel. Et mandauit ei euertere po-
 pulum. Et venit nicanor in hierusalem
 cum exercitu magno. 7 misit ad iudam
 7 ad fratres eius verbis pacificis cū vo-
 lo dicens. Nō sit pugna int̄ me et vos.
 Veniam cum viris paucis. vt videam
 facies vestras cum pace. Et venit ad iu-
 dam 7 salutauerūt se inuicem pacifice 7
 hostes parati erant rapere iudam. Et ī-
 notuit sermo iude qm̄ cū dolo venerat
 ad eum. 7 cōterritus est ab eo. 7 ampli-
 noluit videre facies eius. Et cognouit
 nicanor quoniam denudatum est cōsi-
 liū eius. 7 exiuit obuiā iude in pugnam
 iuxta capharsalama. Et ceciderunt de
 nicanoris exercitu fere quinqz milia vi-
 ri 7 fugerūt in ciuitatez dō. Et post hec
 verba ascendit nicanor in montem sio
 7 exierunt de sacerdotibz populi saluta-
 re eū in pace 7 demonstrare ei holocau-
 stomata que offerebantur pro rege. Et

irridēs spreuit eos et polluit. 7 locutus
 est superbe 7 iurauit cum ira dicēs. Nō
 si traditus fuerit iudas et exercitus ei
 in manus meas. cōtinuo cū regressus
 fuero in pace succendam domū istam.
 Et exiit cum ira magna. Et intrauēt
 sacerdotes 7 steterunt ate faciē altaris
 templi. 7 flentes dixerūt. Tu dñe elegi
 sti domū istam ad inuocandum nomē
 tuum in ea. vt esset domus orationis 7
 obsecrationis populo tuo. Fac vindictā
 in homine isto. 7 exercitu eius. et cadāt
 in gladio. Nemento blasphemias eoz
 7 ne dederis eis vt p̄maneant. Et exiit
 nicanor ab hierusalem 7 castra applicuit
 ad bethoron. 7 occurrit illi exercitus si-
 rie. Et iudas applicuit ī adarsa cū tribz
 milibus viris. Et orauit iudas et dixit
 Qui missi erāt a rege sennacherib dñe
 q̄ blasphemauerāt te. exiit āgelus 7 p̄-
 cussit ex eis centū octogintaqzqz milia
 sic cōtere exercitū istū in conspectu nro
 hodie et sciāt ceteri q̄ male locutus est
 sup̄ sancta tua. et iudica illū p̄ maliciā
 illius. Et cōmiserūt exercitus plū ter-
 ciadecima die mensis adar. et contrita
 sunt castra nicanoris. 7 cecidit ip̄e p̄m
 in plio. vt autē vidit exercitus eius q̄
 cecidisset nicanor. piecerunt arma sua
 7 fugerūt 7 p̄secuti sunt eos viam vni-
 us diei ab adaser vsqz veniāt ī gasara
 7 tubis cecinerūt post eos cū significa-
 tionibz. Et exierunt de oībz castellis iu-
 dee in circūitu. 7 ventilabant eos corni-
 bus. 7 conuertebantur itē ad eos. Et
 ceciderūt omnes gladio. 7 non est reli-
 ctus ex eis nec vnus. Et acceperūt spo-
 lia eoz in predāz 7 caput nicanoris am-
 putauerūt. 7 dexterā eius quā extende-
 rat superbe. 7 attulerunt 7 suspēderunt
 contra hierusalem. Et letatus est popu-
 lus valde. 7 egerunt diem illam in leti-
 cia magna. Et constituit agi om̄ibz an-
 nis diem istam terciadecima die mens-
 is adar. 7 siluit terra iuda dies paucos

T audiuit iudas no- VIII
 e men romanoruz quia sunt po-
 tētes viribus et acquiescūt ad
 F ij

omnia que postulantur ab eis. 7 quicūq;
accesserunt ad eos statuerunt cū eis
amicicias. 7 quia sunt potentes viribz.
Et audierūt p̄lia eorū 7 virtutes bo-
nas quas fecerūt in gallatia. quia obti-
nerunt eos 7 duxerunt sub tributum
Et quanta fecerūt in regione hispanie
7 q̄ in potestatez redegerūt metalla ar-
genti 7 auri que illic sunt. et possederūt
omnem locum con filio suo 7 patientia
locaq; que longe erant valde ab eis 7 re-
ges qui superuenerāt eis ab extremis
terre contriuerunt. 7 pcusserūt eos pla-
ga magna. Ceteri autem vāt eis tribu-
tum omnibz annis. Et philippum per-
sen celtorū regem 7 ceteros qui aduer-
sus eos arma tulerāt contriuerunt in
bello. 7 obtinuerunt eos. Et antiochuz
magnum regem asie qui eis pugnam ī-
tulerat habens centum viginti elephā-
tes 7 equitatum 7 currus et exercitum
magnum valde. contritum ab eis 7 q̄ ce-
perūt eum vitū 7 statuerunt ei vt da-
ret ip̄e 7 qui negaret post ip̄m tributū
magnum. 7 daret obsides 7 constitutū
Et regionem indorūz 7 medos 7 lidos
de optimis regionibz eorum et acce-
ptas eas ab eis dederunt eumeni regi.
Et quia qui erant apud heliadam vo-
luerunt ire 7 tollere eos 7 innotuit ser-
mo his 7 miserunt ad eos ducem vniū
7 pugnaverūt contra illos. 7 ceciderūt
ex eis multi. 7 captiuas duxerunt. pro-
res eorum 7 filios 7 diripuerunt eos 7
terrā eorum possederunt. 7 destruxerūt
muros eorum. 7 in seruitutem illos re-
degerūt vsq; in hunc diem. Et residua
regna 7 insulas que aliquādo resisterāt
illis exterminauerūt 7 in potestatez re-
degerūt. Cum amicis autez suis et qui
in ip̄is requiem habebant conseruaue-
runt amicicias et obtinuerunt regna q̄
erant proxima 7 que erāt longe qz qui-
cūq; audiebant nomen eorū timebant
eos. Quibz vero vellent auxilio esse vt
regnarent regnabant. Quos autē vel-
lent regno deturbabant 7 exaltati sunt
valde. Et in omnibus istis nemo porta-

bat diadema. nec induebatur purpura
vt magnificaretur in ea. Et quia curiā
fecerunt sibi. 7 quotidie consulebāt tre-
centos viginti cōsiliū agentes semp̄
de multitudine. vt q̄ digna sunt gerāt
Et cōmittunt vni homini magistratū
suum per singulos ānos dominari vni-
uerse terre sue. 7 omnes obediunt vni.
7 non est inuidia neq; zelus inter eos.
Et elegit iudas eupolomū filiū iohā-
nis filij iacob. 7 iasonem filiuz eleasari.
7 misit eos romā constituere cum illis
amiciciam 7 societatem. 7 vt auferrent
ab eis iugum grecorum quia viderunt
q̄ in seruitutem primerent regnū isrl̄.
Et abierunt romani viāz multā valde
7 introierūt curiam 7 dixerunt. Iudas
machabeus 7 fratres eius 7 populus iu-
deorum miserunt nos ad vos statuere
vobiscum societatem 7 pacem 7 cōscri-
bere nos socios et amicos vestros. Et
placuit sermo in conspectu eorum. Et
hoc rescriptum quod rescripserūt in ta-
bulis ereis 7 miserunt in hierusalem vt
esset apud eos ibi memoriale pacis et
societatis. Bene sit romanis 7 genti iu-
deorū in mari 7 in terra in eternū. gla-
diusq; 7 hostis procul sit ab eis. q̄ si in-
steterit bellum romanis prius aut om-
nibz socijs eorūz in omni dominatione
eorum. auxilium feret gēs iudeorū put
tempus dictauerit corde pleno. Et pre-
liantibz non dabunt neq; subministra-
būt triticum arma pecuniam naues si-
cut placuit romanis. 7 custodient man-
data eorū nihil ab eis accipientes. Si
militar aut 7 si genti iudeorū prius acci-
derit bellū. adiuuabūt romani ex aīo. p̄
ut eis t̄p̄a pmiserit. 7 adiuuātibz nō da-
būt triticū arma pecunia naues sic pla-
cuit romanis 7 custodiāt mādata eorū
absq; dolo. fm hęc v̄ba p̄stituerūt romā
ni p̄plo iudeorū. q̄ si post hęc v̄ba hi aut
illi addere aut temere ad hęc aliquid vo-
luerint facient ex p̄posito suo. 7 q̄cunq;
addiderit vel temperit rata erūt. Sz
7 de malis q̄ de metrus rex fecit in eos
scripsim⁹ ei dicentes. Quare grauasti

Rachabeorum I

iugū tuū sup amicos nros ⁊ socios iudeos. Si ergo itez audierit nos aduersus te. faciemus illis iudiciū et pugnabim⁹ tecum mari terraqz.

IX

Iterea vt audiuit demetri⁹ qz cecidit nicanor ⁊ exercitus eius in prelio. apposuit bacchidem ⁊ alchimū rursū mittere in iudeaz et terep⁹ cornū cum illis. Et abierūt vias que ducit in galgala. ⁊ castra posuēt in masaloth que est in arbellis ⁊ occupauerunt eaz. ⁊ pmerūt aīas hōim multas. In mense primo anni centesimi quinqz gesimi ⁊ secundi applicuerunt exercitus ad hierusalē ⁊ surrexerūt et abierunt in berea viginti milia viroz ⁊ duo milia eqtū. Et iudas posuerat castra in laisa. ⁊ tria milia viri electi cū eo. Et viderunt multitudinem exercitus. qz multi sunt ⁊ timuerunt valde ⁊ multi subtraxerūt se de castris. ⁊ nō remanserunt ex eis nisi octingēti viri. Et vidit iudas qd fluxit exercitus suus et bellum perurgebat eum. ⁊ confractus est corde quia nō habebat tempus congregandi eos. ⁊ dissolutus est. Et dixit his qui residui erant Burgamus ⁊ eam⁹ ad aduersarios nostros si poterim⁹ pugnare aduersus eos. Et auertebant eum dicentes. Nō poterimus. sed liberemus aīas nostras modo et reuertamur ad fratres nostros. et tunc pugnabimus aduersus eos. Nos autē pauci sumus. Et ait iudas. Absit istam rem facere. vt fugiam⁹ ab eis. Et si appropiauit tempus nostrum. moriamur in virtute ppter fratres nostros. ⁊ non inferam⁹ crimen glorie nre. Et mouit exercitus de castris. et steterunt illis obuiam. Et diuisi sunt equites in duas ptes. ⁊ fundibularij ⁊ sagittarij pibant exercitū. ⁊ primi certaminis oēs potētes. Bacchides autem erat ī dextro cornū ⁊ primauiit legio ex duabz partibz. ⁊ clamabant tubis. Exclamauerūt autē ⁊ hi qui erant ex parte iude etiam ipsi ⁊ commota est terra a voce exercituum. ⁊ commissum est prelium a mane vsqz ad vespē. Et vidit iudas quia firmior est

pars exercitus bacchidis in dextris. ⁊ cōuenerunt cum ipso omnes cōstātes corde. ⁊ contrita est dextra pars ab eis. et psecutus est eos vsqz ad montē aqoti. Et qui in sinistro cornū erāt viderūt qd contritum est dextrum cornū. ⁊ secuti sunt post iudam ⁊ eos qui cū ipso erant a tergo. Et ingrauatū ē prelium. ⁊ ceciderūt vulnerati multi ex his ⁊ ex illis. Et iudas cecidit. ⁊ ceteri fugerunt. Et ionathas ⁊ simon tulerunt iudam fratrē suū ⁊ sepelierunt eum in sepulcro patrū suozum in ciuitate modin. Et fleuerūt eum omnis populus israel planctu magno. ⁊ lugebant dies multos. ⁊ dixerūt Quomodo cecidit potens qui saluū faciebat populū israel. Et cetera verba bellozū iude ⁊ virtutum quas fecit ⁊ magnitudinis eius nō sunt descripta. multa em̄ erant valde. Et factū est post obitū iude emerferūt iniqui ī omnibz finibz israel. ⁊ exorti sunt oēs qui opabāt iniquitatē. In diebz illis facta ē fames magna valde. ⁊ tradidit se bacchidi oīs regio eoz cū ipsis. Et elegit bacchides viros impios ⁊ cōstituit eos dños regiōnis. ⁊ exquirebant ⁊ pscrutabantur amicos iude. ⁊ adducebant eos ad bacchidē ⁊ vindicabat in illos ⁊ illudebat. Et facta est tribulatio magna ī israel. qualis non fuit ex die qua non est visus ppheta in israel. Et congregati sunt omnes amici iude ⁊ dixerunt ionathas. Ex q fratruus iudas defunctus est. vir similis ei non ē qui erat cōtra inimicos nros bacchidez. ⁊ eos qui inimici sunt gētis nre. Nūc itaqz te hodie elegimus esse pro eo nobis in principē et ducē ad belandum bellū nrm. Et suscepit ionathas tpe illo principatū et surrexit loco iude fratris sui. Et cognouit bacchides. ⁊ querebat eum occidere. Et cognouit ionathas ⁊ simō frater ei⁹ ⁊ oēs q cū eo erāt. ⁊ fugerunt in desertum thecūe. ⁊ cōsederūt ad aquam lacus asphar. Et cognouit bacchides. ⁊ die sabbatoz venit ipse ⁊ oīs exercitus eius trās iordanē. Et ionathas misit frēm suū ducem populi ⁊ rogauit

¶ iij

nabuthros amicos suos vt modaren
illis apparatusum suum qui erat copiosus.
Et exierunt filij iambri ex madaba ⁊ cō-
prehenderunt iohannem et omnia que
habebat. et abierunt habentes ea. Post
hec verba renunciatum est ionatx et si-
moni fratri eius quia filij iambri faciūt
nuptias magnas et ducunt sponsam ex
madaba filiam vnus de magnis princi-
pibz chanaan cū ambitione magna. Et
recordati sunt sanguinis iohannis fra-
tris sui. ⁊ ascenderunt ⁊ absconderūt se
sub tegumento montis. Et eleuauerūt
oculos suos ⁊ viderunt. ⁊ ecce tumultus
⁊ apparatus multus. ⁊ sponsus pcessit
amici eius ⁊ fratres eius obuiā illis cū
timpānis ⁊ musicis ⁊ armis multis. Et
surrerunt ad eos ex insidijs ⁊ occide-
rūt eos ⁊ ceciderūt vulnerati multi. et
residui fugerunt in montes. Et accepe-
rūt omnia spolia eoz. et cōuerse sunt nu-
ptie in luctum. ⁊ vox musicorum ipsorū
in lamentum. Et vindicauerunt vindi-
ctā sanguinis fratris sui. ⁊ reuersi sunt
ad ripā iordanis. Et audiuit bacchides
⁊ venit die sabbatorum. vsqz ad orā ior-
danis in virtute magna. Et dixit ad su-
os ionathas. Surgamus ⁊ pugnemus
cōtra inimicos nostros. Non est em̄ ho-
die sicut heri ⁊ nudius tertius. Ecce em̄
bellū ex aduerso. aqua vero iordāis hinc
⁊ inde ⁊ ripe et paludes ⁊ saltus ⁊ non ē
locus diuertendi. Nunc ergo clamate ī
celum. vt liberemini de manu inimicorū
vestrorum. Et cōmissum est bellum. Et
extendit ionathas manū suam pcutere
bacchidē. ⁊ diuertit ab eo retro. Et dis-
siliit ionathas. ⁊ qui cū eo erāt in iorda-
nem ⁊ transnatauerunt ad eos iordanē
Et ceciderunt de parte bacchidis die il-
la mille viri. ⁊ reuersi sunt in hierusalē.
Et edificauerunt ciuitates munitas in
iudea munitōnem que erat in hiericho
⁊ in ammaū. ⁊ in bethozon. ⁊ bethel ⁊ thā-
natha ⁊ phara ⁊ thopo muri s excel sis et
portis ⁊ seris. Et posuit custodias in eis
vt inimicias exerceat ī israel. Et mu-
niuit ciuitatem bethsuram ⁊ gasaram ⁊

arcem. ⁊ posuit in eis auxilia ⁊ apparatusum
escarum. ⁊ accepit filios principum regi-
onis obfides. ⁊ posuit eos in arce in hie-
rusalem in custodiam. Et anno centesi-
mo quinquagesimotercio mense secun-
do precepit alchimus destrui muros do-
mus sancte interioris. ⁊ destrui opera p-
phetarum. Et cepit destruere. In tem-
pore illo percussus est alchimus ⁊ impe-
dita sunt opera illius. ⁊ oclusum est os
eius et dissolutus est paralisi. nec ultra
potuit loqui verbis et mādare de domo
sua. Et mortuus est alchimus in tpe il-
lo cum tormento magno. Et vidit bac-
chides quoniam mortuus est alchimus
⁊ reuersus est ad regez. ⁊ siluit terra an-
nis duobz. Et cogitauerunt omnes ini-
qui dicentes. Ecce ionathas ⁊ qui cum
eo sunt in silentio habitāt confidenter.
Nunc ergo adducamus bacchidem. ⁊ cō-
prehendet eos omnes vna nocte. Et ab-
ierunt. ⁊ consiliū ei dederunt. Et sur-
rexit vt veniret cum exercitu multo. Et
misit occulte epistolas socijs suis qui er-
ant in iudea vt comprehenderent iona-
than. ⁊ eos qui cum eo erant. sed nō po-
tuerūt. quia innotuit eis consilium eo-
rum. Et apprehendit de viris regionis q̄
principes erāt militie quinquaginta vi-
ros. ⁊ occidit eos. Et secessit ionathas ⁊
simon. et qui cum eo erant in bethes-
sem que est in deserto. et extruxit vtrius-
que eius. et firmauerunt eam. Et cognouit
bacchides. et congregauit vniuersam
multitudinem suam ⁊ his qui de iudea
erant denūciauit. Et venit ⁊ castra posu-
it de sup bethesse. et oppugnauit eā dies
multos. ⁊ fecit machinas. Et reliquit io-
nathas simonem fratrem suum in ciui-
tate ⁊ exiit in regionem. ⁊ venit cū nu-
mero ⁊ percussit odaren ⁊ fratres eius ⁊
filios phaseron in tabernaculis ipsorū
⁊ cepit cedere ⁊ crescere ī virtutibz. Si-
mon vero ⁊ qui cum ipso erant exie-
runt de ciuitate ⁊ succenderunt machinas. ⁊
pugnauerunt contra bacchidem. ⁊ con-
tritus est ab eis. Et afflixerunt euz val-
de. qm̄ consiliū eius ⁊ congressus eius

Erat inanis. Et iratus est viros iniqs q
ei consiliu dederat. vt venirent in regio
nem ipsoꝝ. multos ex eis occidit. Ipse
aut cogitauit cu reliquis abire in regio
nem sua. Et cognouit ionathas et misit
ad eu legatos coponere pace cum ipo et
reddere ei captiuitate. Et libenter acce
pit. et fecit sm vba eius. et iurauit se ni
hil facturꝝ ei mali oibꝝ diebꝝ vite ei. Et
reddidit ei captiuitate qua prius erat p
datus de terra iuda. Et ouersus abiit i
terra sua. et no apposuit amplius venire
in fines eius. Et cessauit gladius ex is
rael. Et habitauit ionathas in machinas
et cepit ionathas ibi iudicare populū. et
exterminauit impios ex israel. X

Anno centesimo sexagesimo
e ascendit alexander antiochi fili
us qui cognominatus est nobi
lis. et occupauit ptolomaidam. et recepe
runt eam et regnauit illic. Et audiuit de
metrius rex et congregauit exercituz co
piosum valde. et exiuit obuiam illi in p
liuz. Et misit demetrius epistolā ad io
nathan verbis pacificis vt magnificaret
eu. Dixit em. Anticipemus facere paces
cum eo. priusqꝝ faciat cu alexandro ad
uersum nos. Recordabit em oim ma
lorū q fecimus in eum et in fratre eius
et in gentem eius. Et dedit ei potestates
agregandi exercitū. et fabricare arma. et
esse ipm sociuz eius. et obsides qui erāt
in arce iussit tradi ei. Et venit ionathas
in hierusalē. et legit epistolas in auditu
ois ppli. et eoz qui in arce erāt. Et timu
erūt timore magno. qm audierūt q de
dit ei rex ptatem congregandi exercitū.
Et traditi sunt ionathas obsides. et red
dit eos parentibꝝ suis. Et habitauit io
nathas in hierlm. et cepit edificare et in
nouare ciuitate. Et dixit faciētibꝝ opera
vt extruerent muros et montem sion in
circūtu lapidibꝝ quadratis ad munitio
nem et ita fecerunt. Et fugerunt alieni
gene qui erāt in munitionibꝝ quas bac
chides edificauerat. et reliqꝝ vnusquisqꝝ
locum. et abiit in terram suam. tantū in
bethsura remanserunt aliqui ex his qui

reliquerant legem. et precepta dei. Erat
enī hęc eis ad refugium. Et audiuit ale
xander rex promissa que promisit deme
trius ionathas. et narrauerunt ei prelia et
virtutes quas ipse fecit et fratres eius et
labores quos laborauerunt. Et ait. Nū
quid inueniemus aliquem virum talez
Et nunc faciemus eum amicum et soci
um nostrum. Et scripsit epistolaz. et mi
sit ei sm hęc verba dicens. Rex alexander
fratri ionathas salutem audiuimus de te
q vir potens sis viribus. et aptus es vt
sis amicus noster. Et nūc cōstituimus
te hodie summū sacerdotem gentis tue
et vt amicus voceris regis. Et misit ei pur
puram et coronā aureā. vt q nostra lunc
sentias nobiscum et cōserues amicitias
ad nos. Et induit se ionathas stolā san
ctā septimo mēse āno cētesimo sexages
simo in die solenni scenophegie. Et cō
gregauit exercituz et fecit arma copiosa.
Et audiuit demetrius verba ista. et con
tristatus est nimis. et ait. Quid hoc feci
mus q poccupauit nos alexander appe
hendere amicitia iudeoz ad mūne sui
Scribam et ego illis verba deprecatoria
et dignitates et dona. vt sint mecu in ad
iutoriū. Et scripsit eis in hęc verba. Rex
demetrius genti iudeoz salutes. Quo
nam seruastis ad nos pactum. et remā
sistis in amicitia nostra. et no accessistis
ad inimicos nostros audiuimus et gau
si sumus. Et nūc perseuerate adhuc cō
seruare ad nos fidem et retribuemꝝ vo
bis lona pro his que fecistis nobiscum
et remitemus vobis prestatōes multas
et dabimus vobis donationes. Et nunc
absoluo vos et omnes iudeos a tributis
et precia salis indulgeo et coronas remit
to. et tercias seminis et dimidiam ptem
fructus ligni quod est portionis mee re
linquo vobis ex hodierno die et deinceps
ne accipiatur a terra iuda. a tribu ciuita
tibꝝ que addite sunt illi ex samaria et ga
lilea. ex hodierna die et in totuz tempus
Et hierusalem sit sancta et libera cum fi
nibus suis et decime et tributa ipius sint
Remitto etiam potestatem arcis que ē

In hierusalem ⁊ do eam summo sacerdoti. vt cōstituat in ea viros quoscūq; ipe elegerit qui custodiant eam. Et omnē animā iudeorum que captiua est a terra iuda in omni regno meo relinquo liberam gratis. vt omnes a tributis soluantur etiam pecorū suozū. Et omnes dies solennes ⁊ sabbata ⁊ neomenie et dies decreti ⁊ tres dies ante diem solennē. ⁊ tres dies post diem solennem. sint oēs immunitatis et remissionis omnib; iudeis q̄ sunt in regno meo. Et nemo habebit potestatem agere aliquid ⁊ mouere negocia aduersus aliquem illorum in omni causa. Et vt ascribantur ex iudeis in exercitu regis ad triginta milia viroz. Et dabūtur illis copie vt oportet oib; exercitib; regis. ⁊ ex eis ordinabuntur q̄ sunt in munitionib; regis magni. Et ex his p̄stituetur sup negocia regni q̄ agunt ex fide. ⁊ principes sint ex eis. ⁊ ambulent in legib; suis. sicut precepit rex in terra iuda. Et tres ciuitates que addite sunt iudee ex regiōe samarie. cū iudea reputētur vt sint sub vno. ⁊ non obediant aliene potestati nisi summo sacerdoti. ptolomaida ⁊ p̄sines eius quas dedi donū sanctis qui sunt in hierlm ad necessarios sumptos sanctoruz. Et ego dabo singulis ānis q̄ndecim milia siclorū argenti de rationib; regis q̄ me contingūt. et omne qd̄ reliquū fuerit qd̄ nō reddididerāt qui sup negocia erāt ānis priorib; ex hoc dabūt in opa domus. Et sup hxc q̄ncq; milia sicloz argēti q̄ accipi ebāt de sanctorū rōne p̄ singulos annos ⁊ hxc ad sacerdotes p̄tineāt qui ministratio fungunt. Et q̄cūq; cōfugerint in tēplū qd̄ ē hierosolimis ⁊ in oib; finibus eius obnoxij regi in omni negotio dimittant ⁊ vniuersa q̄ sunt eis i regno meo. libera habeant. Et ad edificanda vel restauranda opa sanctorū. sumptus dabūtur de rōne regis. ⁊ ad extruendos muros in hierlm ⁊ p̄minuēdos in circūitū sumptos dabuntur de rōne regis. ⁊ ad p̄fruedos muros in iudea. Et audiuit sicut ionathas ⁊ plus sei mōes istos. ⁊

crediderūt eis nec receperūt eos. qz ter cordati sunt malitie magne quā fecerāt in israel ⁊ tribulauerat eos valde. Et cōplacuit eis in alexādrum. qz ipse fuerat eis p̄nceps s̄monū pacis. et ipsi auxiliū ferebant oib; dieb;. Et cōgregauit rex alexāder exercitū magnū. ⁊ admouit castra p̄ demetriū. Et cōmiserūt plū duo reges ⁊ fugit exercitus demetrii. ⁊ incensus est eū alexander. ⁊ incubuit super eos. Et inualuit plū nimis donec occidit sol. ⁊ cecidit demetrius i die illa. Et misit alexander ad ptolomeū regē egipti legatos s̄m hxc vba dicens. Quā regressus sum in regnū meū ⁊ sedi i sede patrū meoz. ⁊ obtinui p̄ncipatū. ⁊ p̄trui demetriū. et possedi regiōne n̄tam. et p̄misi pugnā cū eo ⁊ p̄trius ē ipe et castra eius a nobis. ⁊ sedem⁹ in sede regni eius. ⁊ nūc statuam⁹ adinuicē amicitiaz ⁊ da mihi filiā tuā vxorē. ⁊ ero gener tuus. ⁊ dabo tibi dona ⁊ ipi dignitatez. Et respōdit rex ptolomeus dicens. Felix dies in qua reuersus es ad terrā patrū tuoz. ⁊ sedisti in sede regni eoz. Et nunc faciam tibi qd̄ scripsisti. sed occurre mihi ptolomaidā. vt videam⁹ inuicē nos ⁊ spondeā tibi sicut dixisti. Et exiit ptolomeus de egipto. ipse et cleopatra filia eius. ⁊ venit ptolomaidam anno centesimo sexagesimosecūdo. Et occurrit ei alexander rex. Et dedit ei cleopatram filiā suā. ⁊ fecit nuptias ei⁹ ptolomaidē. sicut reges in magna gloria. Et scripsit alexander rex ionathę. vt veniret obuiam sibi. Et abiit cū gloria ptolomaidā ⁊ occurrit ibi duob; regib;. ⁊ dedit illis argētū multū ⁊ aurū ⁊ dona. ⁊ inuenit gratiam in conspectu eoz. Et cōuenerūt aduersus eum viri pestilētes ex israel viri iniq̄ qui interpellantes aduersus eum. ⁊ nō intendit ad eos rex. Et iussit spoliari ionathan vestib; suis. ⁊ indui eū purpura. Et ita fecerūt. Et collocauit eum i sede secum. dixitq; principib; suis. Exiite cum eo in mediū ciuitatis. ⁊ predicāte vt nemo aduersus euz interpellat de villo negotio. ne quisq; ei molest⁹ sit de

ulla ratione. Et factum est ut viderunt qui interpellabant gloriam eius que predicabatur. et optum eum purpura. fugerunt omnes. Et magnificauit eum rex et scripsit eum inter primos amicos et posuit eum ducem et participem principatus. Et reuersus est ionathas in hierusalem cum pace et leticia. In anno centesimo sexagesimo quinto. venit demetrius filius demetrii a creta in terram patrum suorum. Et audiuit alexander rex et contristatus est valde. et reuersus est antiochia. Et constituit demetrius rex appolonium ducem qui preerat cele sirie. congregauit exercitum magnū et accessit ad iamnam. et misit ad ionathan summū sacerdotem dicens. Tu solus resistis nobis. Ego autē factus sum in derisum et in obprobrium. propterea quia tu potestatem aduersum nos exerces in motibus. Nūc ergo si confidis in virtutibus tuis descende ad nos in campū. et cōparemus illic inuicem. quia mecum est virtus bellorum. Interroga et discite quis sum ego et ceteri qui auxilio sunt mihi. qui et dicunt quod nō potest stare pes vester ante faciem nostram quod bis in fugam uersi sunt p̄res tui in terram suam. Et nūc quō poteris sustinere equitarū et exercitū tantū in campo ubi non est lapis neque sarum neque locus fugiendi. Et audiuit autē ionathas sermones appolonij. motus est animo. Et elegit decem milia viroꝝ. et exiit ab hierusalem. et occurrit ei simon frater eius in adiutorium. Et applicuerunt castra in ioppen. Et exclusit eum a ciuitate. quia custodia appolonij ioppe erat et oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate aperuerunt ei et obtinuit ionathas ioppen. Et audiuit appolonius. et admouit tria milia equitum et exercitum multū. Et abiit a cotū tanquam iter faciens. et statim exiit in campū. eo quod haberet multitudinē equitū et phideret in eis. Et insecutus est eū ionathas in a cotum. et misit plū. Et reliquit appolonius in castris mille eques post eos occulte. Et cognouit ionathas quoniam infidie sunt post te. et

circūierunt castra eius et eiecerunt iacula in plim mane usque ad vespam. Populus autē stabat sicut precepit ionathas et laterauerunt equi eorum. Et eiecit simon exercitum suum et comisit tres legionem. Equites enim fatigati erant. Et contriti sunt ab eo et fugerunt. Et qui dispersi sunt per campū fugerunt in a cotū. et intrauerunt in bethagon idolum suū. ut ibi se liberaret. Et succendit ionathas a cotū et ciuitates que erant in circūitu eius. et accepit spolia eorum. et templū dagon et omnes que fugerunt in illud succendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui successi sunt. fere octo milia viroꝝ. Et mouit inde ionathas castra. et applicuit ea a scalonē et exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuersus est ionathas in hierusalem cum suis habentibus spolia multa. Et factum est ut audiuit alexander rex sermones istos. addidit adhuc glorificare ionathā. Et misit ei fibulam auream sicut consuetudo est dari regis regū. Et dedit ei a charō et omnes fines eius in possessionem

XI

Et rex egipti congregauit exercitum sicut arenam que est circa oram maris. et naues multas et querebat obtinere regnum alexandri dolo. et addere illud regno suo. Et exiit in siriam verbis pacificis. et aperiebantur ei ciuitates et occurrebant ei. quia mandauerat alexander rex exire ei obuiam eo quod socer suus esset. Cum autem introiret ciuitatē ptolomeus ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. Et ut appropiauit a cotō ostenderunt ei templum dagon succensum igni. et a cotum et cetera eius demolita et corpora proiecta. et eorum qui cesserant in bello tumulos quos fecerant secus viam. Et narrauerunt regi quia hec fecit ionathas. ut inuidiam facerent ei. Et tacuit rex. Et occurrit ionathas regi in ioppen cum gloria. et inuicem se salutauerunt. et dormierunt illic. Et abiit ionathas cum rege usque ad fluuiū qui vocabatur eletherus et reuersus est in hierusalem. rex autē ptolomeus obtinuit dominium ciuitatū usque seleutiā

maritimam. et cogitabat in alexandrum
cōsilia mala. Et misit legatos ad deme-
trium dicēs. Veni componamus inter
nos pactum et dabo tibi filiam meā quā
habet alexāder. et regnabis in regno pa-
tris tui. Venitet enim me quod dederim il-
li filiam meam. Que fuit enim me oc-
cidere. Et vitupauit eū. propterea non cō-
cupierat regnū eius. Et abstulit filiam
suam et dedit eam demetriō et alienauit
se ab alexandro. et manifestate sunt ini-
micie eius. Et intrauit ptolomeus an-
tiochiam et imposuit duo diademata ca-
piti suo. egypti et asie. Alexander autem
rex erat in cilicia illis temporibus. quod re-
bellabant qui erant in locis illis. Et au-
diuit alexander. et venit ad eū in bellum
Et produxit ptolomeus rex exercitiū. et
occurrit ei in manu valida. et fugauit eū.
Et fugit alexander in arabiam. ut ibi p-
tegeretur. Rex autem ptolomeus ex-
altatus est. et abstulit sadihel arabs ca-
put alexandri. et misit ptolomeo. Et rex
ptolomeus mortuus ē in die tertia. et quod
erant in munitionibus perierunt ab his
qui erāt intra castra. Et regnauit deme-
trius anno cētesimoseptuagesimosepti-
mo. In diebus illis congregauit iona-
thas eos qui erāt in iudea. ut expugna-
rent arcem que est in hierusalem et fecerunt
contra eam machinas multas. Et abie-
runt quidam qui oderant gentem suam
viri iniqui ad regē demetriū. et renūcia-
uerūt ei quod ionathas obsideret arces. Et
ut audiuit iratus ē. et statim venit ptolo-
maidam et scripsit ionathe ne obsideret
arcem. sed occurreret sibi ad colloquū
festinato. Et audiuit autē ionathas ius-
sit obsidere. Et elegit de senioribus israel
et de sacerdotibus. et dedit se piculo. Et ac-
cepit aurum et argentum et vestem et alia
exenia multa. et abiit ad regē ptolomai-
dam. et inuenit grām in conspectu eius.
Et interpellabant aduersus eū quōsdā mi-
que ex gēte sua. Et fecit ei rex. sicut fece-
rant ei quod autē eū fuerāt. Et exaltauit eū in
cōspectu omnium amicorum suorum. et statuit
ei principatū sacerdotij. et quocumque alia

habuit prius preciosa. et fecit eum prin-
cipē amicorum. Et postulauit ionathas a
rege ut immunē faceret iudeam et tres
toparchias id est samariā et cōsines eius
et pmisit ei talenta trecenta. Et consen-
sit rex et scripsit ionathe epistolas de his
omnibus hunc modum cōtinentes. Rex
demetrius fratri ionathe salutem et gē-
ti iudeorum. Exemplum epistole quam
scripsimus lasilxeni parēti nro de vobis
misimus ad vos. ut sciretis. Rex deme-
trius lasilxeni parenti salutem. Gentium
deorum amicis nostris et conseruantibus quod
iusta sunt apud nos decreuimus bñfa-
cere. propter benignitatem ipsorum quam
erga nos habēt. Statuimus ergo illis
oēs fines iudee et tres ciuitates lydā et
ramathe que addite sunt iudee ex sama-
ria. et omnes cōsines earum sequestras-
ri omnibus sacrificantibus in hierosolimif
per his que ab eis prius accipiebat. rex per
singulos annos. et pro fructibus terre et po-
morum. Et alia que ad nos pertinebant de
cimam et tributum. ex hoc tempe remitti-
mus eis. et areas salinarum et coronas que
nobis deferrebantur omnia ipsis conce-
dimus. et nihil horum irritum erit ex hoc
et in omne tempus. Nūc ergo curate fa-
cere horum exemplū. et detur ionathe et po-
natur in monte sancto et in loco celebri
Et videns demetrius rex. quod filius terra
in conspectu suo et nihil ei resistit dimi-
sit totū exercitum suum vnumqueque in
locum suum. excepto peregrino exercitu
quem traxit ab insule gentium et inimi-
ci erant ei omnes exercitus patrum eius.
Triphon autem erat quidam partium
alexandri prius. et vidit quoniam omnis
exercitus murmurauit contra demetriū
um. et iuit ad emalchuel arabem qui nu-
triebat antiochum filium alexandri. et
assidebat ei ut traderet eū ipsi ut regna-
ret in loco patris sui. Et enūciauit ei quā-
ta fecit demetrius et inimicicias ex-
ercitū eius aduersus illum. Et mansit ibi
diebus multis. Et misit ionathas ad de-
metriū regem ut eijceret eos qui in arce
erāt in hierusalē. et qui in pre sidijs erāt

q̄ impugnabāt israhel. Et misit demetrius ad ionathā dicēs. Ad hoc t̄m̄ faciam tibi ⁊ genti tue. sed gloria illustrabo te ⁊ gentē tuā cū fuerit oportunū. nūc ergo recte feceris si miseris ī auxiliū mihi viros. q̄ discessit oīs exercit⁹ me⁹. Et misit ei ionathas tria milia viroz fortium antiochiā. Et venerūt ad regē ⁊ delectatus est rex in aduētū eoz. Et puenerūt qui erant de ciuitate cētū viginti milia viroz. ⁊ volebant interficere regē. Et fugit rex in aulam. ⁊ occupauerūt q̄ erant de ciuitate itinera ciuitatis ⁊ ceperūt pugnare. Et vocauit rex iudeos in auxiliū ⁊ puenerūt oēs filii ad euz. Et dispersi sunt oēs p̄ ciuitatē. ⁊ occiderūt in illa die cētū milia hoīm. Et succenderūt ciuitatē ⁊ ceperūt spolia multa in illa die. ⁊ liberauerūt regē. Et viderūt qui erāt de ciuitate q̄ obtinuisent iudei ciuitatē sicut volebāt. ⁊ infirmati sunt mēte sua. ⁊ clamauerūt ad regē cū p̄cib⁹ dicentes. Da nobis dexterās. ⁊ cessent iudei oppugnare nos ⁊ ciuitatē. Et piecerūt arma sua ⁊ fecerūt pacē. Et glorificati sunt iudei in aspectu regis ⁊ in aspectu oīm q̄ erāt in regno ei⁹. ⁊ noiati sunt ī regno. Et regressi sunt in hierl̄m hñtes spolia ml̄ta. Et sedit demetri⁹ rex in sede regni sui ⁊ filuit terra ī aspectu ei⁹. Et mētus est oīa q̄cumq̄ dixit. ⁊ abalienauit se a ionathā. ⁊ nō retribuit ei s̄m̄ beneficia q̄ sibi tribuerat. ⁊ verabat eū valde. Post hęc autem reuersus est triphon ⁊ antiochus cū eo puer adolescens ⁊ regnauit ⁊ imposuit sibi diadema. Et cōgregati sunt ad eū omnes exercitus quos disperserat demetrius. ⁊ pugnaverunt p̄tra eum ⁊ fugit ⁊ terga vertit. Et accepit triphō bethias ⁊ obtinuit antiochiā. Et scripsit antiochus adolescens ionathę dicens. Constituo tibi sacerdotium. ⁊ cōstituo super te quatuor ciuitates vt sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea ī ministerium. ⁊ dedit ei potestates bibendi in entro ⁊ esse in purpura. ⁊ habere fibulam auream. Et simonem fratrem eius cōstituit ducem a terminis tyri vsq̄ ad fi

nes egipti. Et exiit ionathas ⁊ pambulabat trans flumen ciuitates ⁊ congregatus ē ad eū oīs exercitus s̄rie in auxiliū. Et venit ascalonē ⁊ occurrerunt ei honorifice de ciuitate. Et abiit inde gasam. ⁊ concluderunt se qui erant gasē. et obsedit eam. ⁊ succendit que erāt in circumitu ciuitatis. ⁊ p̄datus est eā. Et rogauerunt gasenses ionathā ⁊ dedit illis dextraz. et accepit filios eozum obsides ⁊ misit illos in hierl̄m. et p̄bulauit regionē vsq̄ damascum. Et audiuit ionathas q̄ p̄uicati sunt p̄cipes demetri⁹ in cades que est in galilea cum exercitu multo volentes eum remouere a negocio regni ⁊ occurrit illis fratres autē suū simonem reliquit intra prouincias. Et applicuit simon ad bethsuram. ⁊ expugnat eam dieb⁹ multis ⁊ cōclusit eos. Et postulauerunt ab eo dextrās accipere et dedit illis. Et eiecit eos inde ⁊ cepit ciuitatē ⁊ posuit ī ea p̄sidiū. Et ionathas ⁊ castra ei⁹ applicuerūt ad aquā genesar. et an̄ lucē vigilauerūt ī campo asor. Et ecce castra alienigenaz occurrebant in campo. ⁊ tetendebāt ei insidias in montib⁹ ipe autē occurrit exaduerso. Infidie vero exurrerunt de locis suis. ⁊ misērūt preliū. Et fugerūt qui erant ex p̄te ionathę oīes. ⁊ nemo relictus est ex eis nisi matathias fili⁹ absolomi. ⁊ iudas filius calphi. p̄iceps militie exercitus. Et scidit ionathas vestimēta sua. ⁊ posuit terram in capite suo ⁊ orauit. Et reuersus est ionathas ad eos in prelium ⁊ puerit eos in fugam. ⁊ pugnaverunt. Et viderunt qui fugiebant partis illius. ⁊ reuerfi sunt ad eum ⁊ insequerantur euz eo omnes vsq̄ cades ad castra sua. ⁊ p̄penerunt vsq̄ illuc. Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria milia viroz. et reuersus est Ionathas in hierusalem.

XII

Vidit ionathas quia tempus eum iuuat. ⁊ elegit viros ⁊ misit eos romā statuere ⁊ renouare cum eis amicitiam. Et ad spartiatas et ad alia loca misit epistolas secundum

eandē formā. Et abierūt romā ⁊ intra
uerūt curiā. ⁊ dixerūt. Ionathas sum
mus sacerdos ⁊ gens iudeoz miserunt
nos. vt renouem⁹ amiciciaz ⁊ societatez
fm̄ pristinū. Et dederunt illis eplaz ad
ipos p̄ loca. vt deducerent eos in terras
iuda cū pace. Et hoc ē exemplum eplaz
quas scripsit ionathas spartiat⁹. Jona
thas summ⁹ sacerdos. ⁊ seniores gentis
⁊ sacerdotes ⁊ reliqu⁹ p̄pls iudeoz spar
tatis fr̄ib⁹ salutē. Jā pridē misse erant
eplē ad om̄ā summū sacerdotē ⁊ vario
q̄ regbat apud vos. qm̄ estis fr̄es nostri:
sicut scriptum continet qd̄ subiectū est.
Et suscepit onias viꝝ qui missus fuerat
cū honore. ⁊ accepit eplaz in quib⁹ signi
ficabatur de societate ⁊ de amicicia. Nos
em̄ cum nullo hoz indigeremus habentes
solatio sanctos libros q̄ sunt in ma
nib⁹ n̄is. maluimus mittere ad vos re
nouare fraternitatem ⁊ amiciciā. ne for
te aliam efficiamur a vob⁹. Multa. n. tpa
trāsierūt ex q̄ misistis ad nos. Nos ḡ in
om̄i tpe sine intermissiōe in dieb⁹ solē
nib⁹ ⁊ ceteris qb⁹ oportet. memores su
mus v̄ri in sacrificijs q̄ offerim⁹. ⁊ in ob
seruationib⁹. sicut phas ē ⁊ decet memi
nisse fratrū. Letamur itaq̄ de gloriā v̄ra
Nos autē circūdederūt m̄lte tribulatio
nes ⁊ multa p̄lia ⁊ ipugnauerūt nos re
ges q̄ sunt in circūitu n̄o. Nolimus ḡ
vobis molesti esse neq̄ ceteris socijs et
amicis n̄is in his p̄lijs. Dabuimus
em̄ de celo auxiliū ⁊ liberati sumus nos
⁊ humiliati sunt amici n̄i. Elegimus
itaq̄ neumeniū antiochi filiū ⁊ antipa
trē iasonis filiū. ⁊ misimus ad romanos
renouare cū eis amiciciā ⁊ societate pri
stinā. Nādaui⁹ itaq̄ eis vt veniāt eti
am ad vos ⁊ salutēt vos. ⁊ reddāt vobis
eplaz n̄as de inuouatione fraternitatis
n̄e. Et nūc b̄nfacietis r̄ndentes nobis
ad hęc. Et hoc rescriptū eplaz qd̄ misit
onias. Rex spartiatay onias ionathe sa
cerdoti magno salutē. Inuētū ē in scri
ptura de spartiat⁹ ⁊ iudeis qm̄ sunt fra
tres ⁊ qz sunt de genere abraā. Et nunc
ex q̄ hęc cognouim⁹ b̄nfacietis scribentes

nobis de pace v̄ra. Sed ⁊ nos rescripsi
mus vobis. Decora nostra ⁊ possessiōes
nostre vestre sunt ⁊ v̄re n̄e. Nādaui
mus itaq̄ hęc nunciari vob⁹. Et audiuit
ionathas qm̄ regressi sunt principes de
metrij cū exercitu multo supra q̄ prius
pugre aduersus eū ⁊ exiit ab hierlm. et
occurrit eis in amathite regione. Non
em̄ dederat eis spaciū vt ingrederetur
regionē ei⁹. Et misit i speculatores in ca
stra eoz. ⁊ reuerfi renūciauerunt qd̄ assi
tuerūt s̄. puenire illic nocte. Cū occidis
set autē sol. p̄cepit ionathas suis vigila
re. ⁊ esse in armis paros ad pugnā tota
nocte. Et posuit custodes p̄ circūitū ca
strorū. Et audierūt aduersarij qd̄ patus
ē ionathas cū suis in bello. ⁊ timuerūt
⁊ formidauerūt in corde suo. ⁊ accende
rūt focos in castris suis. Ionathas au
tem ⁊ qui cū eo erāt nō cognouerūt vsq̄
mane. Glidebāt autē liminaria ardē
tia. ⁊ secutus ē eos ionathas ⁊ nō p̄phē
dit eos. Transierunt em̄ flumē eleuthē
rum. Et diuertit ionathas ad arabes q̄
vocabant sabadei ⁊ percussit eos ⁊ accepit
spolia eoz. Et iunxit ⁊ venit damascum
⁊ pambulabat omnē regionē illaz. Si
mon autem exiit. ⁊ venit vsq̄ ascalonez
⁊ ad proxima p̄sidia. ⁊ declinavit in iop
pen. et occupauit eam. Audiuit enim qd̄
vellent p̄sidium tradere partib⁹ deme
trij. ⁊ posuit ibi custodes vt custodirent
eam. Et reuersus est ionathas ⁊ puoca
uit seniores p̄li. ⁊ cogitauit cuz eis edi
ficare p̄sidia in iudea. ⁊ edificare muros
in hierlm ⁊ exaltare altitudine magna ī
termedium arcis ⁊ ciuitatis. vt separa
ret eam a ciuitate vt esset ip̄a singulari
ter ⁊ neq̄ emāt neq̄ vendāt. Et conue
nerunt vt edificarent ciuitatē ⁊ cecidit
murus qui erat sup̄ torrentem ab ortu
solis. ⁊ reparauit eum qui vocatur caphe
theta. Et simon edificauit adiada in ses
phela ⁊ muniuit eam. ⁊ imposuit portas
⁊ seras. Et cū cogitasset triphōn regna
re asie. ⁊ assumere diadema ⁊ extendere
manū in antiochum regem timens ne
forte non permitteret eum. Ionathas

sed p̄signaret aduersus eum. q̄rebat cō
p̄ndere eum et occidere. Et exurgens
abiit i bethsan. et exiit ionathas obuias
cū q̄draginta milibz viroz electoz in p̄
liū. et venit bethsan. Et vidit triphon qz
venit ionathas cū exercitu multo. vt ex
tēderet in eū manus. et timuit. Et exce
pit eū cū honore. et cōmēdauit eū omibz
amicis suis. et dedit ei mūera. Et p̄cepit
exercitibz suis vt obedirēt ei sicut sibi. et
dixit ionathe. Ut qd̄ verasti vniuersum
p̄lm. cū bellū nobis non sit. Et nūc re
mitte eos i domos suas. Elige autē tibi
viros paucos q̄ tecū sint. et veni mecum
ptolomaidā. et tradā eā tibi. et reliqua p̄
fidia. et exercitū et vniuersos p̄positos
negocij. et p̄uersus abibz. Propterea eī
veni. Et credidit ei. et fecit sic dixit et di
misit exercitū. et abiit in fr̄as iuda. Re
tinuit autē secū tria milia viroz. ex qbz
remisit in galileā duo milia. mille autē
venerūt cum eo. Ut autē intrauit ptolo
maidā ionathas. clausērūt portas ciui
tatis ptolomēses. et p̄p̄nderunt eum et
oēs qui cū eo intrauerāt. gladio interfe
cerunt. Et misit triphon exercitū et eq̄
tes in galileā et in campū magnū. vt p̄
derēt oēs socios ionathe. At illi cū cog
nissent. qz cōp̄p̄ensus est ionathas et
perijt et oēs q̄ cū eo erāt hortati sunt se
metip̄os. et exierūt parati in p̄lium. Et
videntes hi qui insecuti fuerant. qz pro
aia res ē illis reuersi sunt illi autē vene
rūt oēs cū pace in terrā iuda. Et p̄an
xerunt ionathā et eos q̄ cū ip̄o erāt val
de. Et luit israel luctu magno. Et q̄ si
erunt oēs gentes que erant in circūitu
eoz cōterere eos. Dixerūt em̄. Nō hñt
principem et adiuuantē nūc q̄ expugne
mus illos. et tollamus de hominibz me
moriam eozum.

XIII

T audiuit simon qz p̄gregauit
e triphon exercitum copiosum
vt veniret in fr̄a iuda. et attere
ret eā. vidēs qz in tremore p̄plus ē et in
timore. ascendit hierl̄m et congregauit
populum et adhortās dixit. Vos scitis
